



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Disputatio V. De Ecclesia, Conciliis & Symbolis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

Disp. V. Qu. I. Quid sit Ecclesia, & ex quibus Constet? 69

in sacris litteris expressum *Act. 15.* de abstinentia à sanguine & suffocato, cessante causa desit obligare. Non est tamen credendum, Deum fore permissurum, ut sanctissima instituta Apostolica, quorum materia & causa permansens est, per Ecclesiam abrogentur.

81. Tradita & Scripta qualiter cum accommoda proportione sint parum auctoritativa.

Pro fine quaestionis & intellectu praemissorum, quod scilicet parum sint venerationis & auctoritatis Tradita & Scripta, adverte, id esse cum proportione accommoda intelligendum. Nimirum, quia parem auctoritatem habent, quae Christus docuit aut praecipit, sive scripta sint, sive non sint. Parem item habent auctoritatem, quae

Apostoli ad fidem spectantia docuerunt, sive scripto, sive viva voce sint tradita. Item ea, quae potestate Apostolica, & ut ita dicam, Ecclesiastica praeeperunt, sive scripto, sive viva voce. Cum non minus debeantur Corinthiis v. g. venerari & servare praepcepta, quae Apostolus in Epistolis ad eos directis proponit, quam quae ore proposuerat, de quibus *1. ad Corinth. 11.* dixerat: *Et, sicut tradidit vobis, praepcepta mea tenetis.* Denique parem vim habent, quae Ecclesia per leges scriptas sanxit, & quae per consuetudinarias sive traditionem Ecclesiasticam. Quae omnia satis clara sunt ex praemissis.

DISPUTATIO QUINTA

De Ecclesia, Conciliis & Symbolis.

QUAESTIO I.

Quid sit Ecclesia, & ex quibus Constet?

1. Ecclesia Etyologia & variae acceptiones.



ECCLESIA, Graecum nomen est, Latine evocatio; sive quod omnes ad se vocet, sive potius quod quicumque in eam conveniunt, gratia divina vocati veniant. Unde Fideles frequenter ab Apostolo dicuntur *vocati*; ad *Rom. 1.* & *1. ad Cor. 1.* Quamvis autem interdum in Scriptura nomen Ecclesiae sumatur pro loco, in quo homines convocati convenire solent *Judith 6.* prout quoque phrasi Ecclesiastica Basilica seu publica Oratoria, Ecclesiae appeantur. Ordinariè tamen in Scriptura sumitur pro ipso coetu seu congregatione hominum evocatorum. Sic *Psal. 149.* dicitur: *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.* Et *2. Paralip. 7.* est sermo de Ecclesia magna valde. Ubi etiam, uti ordinariè aliàs, & hoc loco semper, à Scriptoribus Ecclesiasticis ac Theologis sumitur in bonam partem, pro coetu scilicet hominum evocato, ad veram Dei fidem & cultum, veraque religionis societate, divinitus evocato. Quamvis *Psal. 25.* idem nomen applicetur coetui iniquorum, dum dicitur: *Odium Ecclesiam malignantium.*

Qua sit propria loci.

2. Alia antecedens, alia consequens aduentum Christi.

Synagoga pars erat Ecclesia.

Ecclesia vera Dei, alia praecedit adventum seu legem Christi, alia sequitur. Ista complectebatur ante legem Moyse omnes in professione verae fidei, & cultu unius Dei, ac in spe & tendentia ad eundem finem convenientes; uti & sub lege Moyse generatim, tum contentos Synagoga Judaica, tum eos qui extra illam inter Gentes Deum colebant, ex quibus fiebat una generalis Ecclesia Dei. Unde Synagoga, id est, congregatio Judaeorum non erat Ecclesia *Caesariensis Sum. Theol. Pars III.*

tholica seu universalis, sed particularis, distincta in signis & ceremoniis aliisque legibus ab Ecclesia Gentium. Ecclesia novi Testamenti, quae Christi dicitur, est generali ratione similiter una cum Ecclesia prioris, sed eatenus diversa, quatenus habet aliam Sacramentorum communionem, novorum articulorum fidei professionem, sub diversae rationis capite colligationem.

Ecclesia Christi quae sit una vel non una cum veteri.

Quae quidem describitur in Catechismo *Canisii* esse *Omnium Christi fidem atque doctrinam professantium congregatio, qua sub uno & summo post Christum capite & Pastore in terris gubernatur.* Alii aliter, describunt. Commoda & satis plena videtur haec descriptio, *Ecclesia est coetus hominum ejusdem fidei Christiana professione, ac eorumdem Sacramentorum participatione sub regimine legitimorum pastorum ac praesertim unius in terris Christi Vicarii Romani Pontificis colligatus.* Diciturque eadem Christi Ecclesia militans, in terra scilicet, sive coetus fidelium viatorum; ac distinguitur contra Ecclesiam triumphantem, quae constat agminibus Beatorum in caelis. Praeter quas alia dicitur certans sub terris, scilicet in purgatorio, ubi poenas sustinendo purgatur. Haec eadem Ecclesia militans integratur, tum ex similibus particularibus Ecclesiis seu coetibus in diversis locis ac diocesisbus (quae etiam vocantur Ecclesia ad *Rom. 16. 2. Corinth. 1.* & alibi) tum ex subditis pariter & Pastoribus ac Praelatis, etsi specialiter interdum etiam accommodetur hoc nomen ipsis Ecclesiae Praelatis *Matth. 18. Dic Ecclesia.*

3. Quid sit Ecclesia Christi in terris militans.

Circa secundam Quaestionis partem, certum in primis est Ecclesiam non constare solis & omnibus praedestinatiss, quod voluerunt *Joannes Wiclef* & *Joannes Hus* damnati in Concilio Constantiensi; quibus consonat ea sunt, *Calvinus* apud *Bellarminum* l. 3. de Ecclesia quia quidam c. 2. Neque solis in charitate perfectis, seu peccato carentibus, quod dixerunt *Pelagiani*.

4. Non soli praedestinati, perfecti aut justi in Concilio Constantiensi; quibus consonat ea sunt, Calvinus apud Bellarminum l. 3. de Ecclesia quia quidam c. 2. Neque solis in charitate perfectis, seu peccato carentibus, quod dixerunt Pelagiani.

giani apud Augustinum heresi 13. & quidam Anabaptista: neque solis iustis, quod voluerunt Donatista; quibus consonant Lutherani art. 7. Confessionis. Augustiana Ecclesiam dicentes sanctorum seu iustorum congregationem; etsi dum simul omnia opera hominis, etiam iusti, asserunt esse mortalia, quamquam fide speciali praeiudicis non imputata, revera omnem hominem ab Ecclesia excludant.

5. Sed etiam fideles reprobi, gravissimi & aperi peccatores.

Probatur ex Parabolis Evangelicis.

Constat igitur Ecclesia fidelibus, etiam reprobis, ac imperfectis, & gravibus peccatoribus, tum occultis, tum manifestis. Ita omnes Catholici. Et patet ex Parabolis Evangelicis. Nam Matth. 3. Ecclesia comparatur aree habenti triticum, & paleas tandem comburendas igne inextinguibili; Matth. 13. Sagenae missae in mare, & ex omni genere piscium, bonorum & malorum, congreganti, & quibus mali postea sunt foras missi. Quae parabolam coacti sunt Donatista (teste Augustino in Breviculo in Collat. 3. diei longe post initium) qui Carthagine ad collationem inter 306. Episcopos Catholicos, & 279. seu potius pauciores (ut patet ex Augustino sup. in Collat. 1. diei) Episcopos Donatista habitam convenerant, admittere in Ecclesia esse bonos & malos, saltem occultos. Item Matth. 22. comparatur nuptiis, ad quas intraverant boni & mali, & carens veste nuptiali, id est charitate, projicitur in tenebras exteriores. Matth. 25. comparatur decem virginibus, quarum quinque erant fatuae; & exclusae a caelestibus nuptiis. 2. ad Timoth. 2. magnae domui, in qua omnis generis vasa, etiam quaedam in contumeliam. Idem praefigurabat arca Noe, extra quam nulli salus, in qua erant tam munda, quam immunda animalia; tam columba, quam corvus. Etsi in eo sit inter Arcam & Ecclesiam dissimilitudo, quod quotquot erant in arca sunt salvati a diluvio; secus quam de fratre salvantur omnes, qui sunt in Ecclesia.

6. Et alia scriptura.

Accedit, quod Apostolus 1. ad Cor. 5. velit tolli de medio fratrum seu corpore Ecclesiae incestuosum, quem proinde expellit ab Ecclesia per excommunicationem, ut resipiscendo spiritus salvus fieret: erat ergo malus in Ecclesia, nec Paulus eum ejiciendo fecit e praedestinato reprobum, qui e contra recepit eum postea correctum in gratiam. Praeterea infideles & Haeretici de facto non sunt in Ecclesia; ut postea dicitur: ex illis tamen multi sunt praedestinati. E contra vero omnes debite baptizati fiunt unum corpus, & filii Christi 1. ad Corinth. 12. & ad Galat. 3. nec tamen omnes hi erant aut sunt iusti aut praedestinati. Ulterius Christus Matth. 18. aperte supponit fore in Ecclesia sua corruptione dignos, quos tunc demum vult haberi tamquam rejectos ac velut Behni-

cos aut Publicanos, si Ecclesiam non audierint. Quin & ipse Christus in huius rei signum admisit Judam in Collegium Apostolorum, qui etsi malus & reprobus, fuerat tamen aliquando juxta Augustinum in Psal. 3. filius Christi, postea infar Absolonis persecutus patrem. Angelus quoque sed Episcopus Ecclesiae Sardinensis nomen habebat quod viveret, & tamen erat mortuus. In Ecclesia etiam Laodiceus erat Angelus seu Episcopus miser & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus. Apocal. 3. Denique Ecclesia ex foetis iusti & praesertim praedestinati conflata non foret satis visibilis; qualem Scripturae deprecant Ecclesiam, prout postea ostendetur.

Errores etiam praemissa supponunt alios errores, unde pullulant; videlicet solos praedestinos habere potestatem in Ecclesia, ut Wiclef & Hus dicebant: Sacramenta a peccatoribus seu lapsis ministrata non valere, ut Donatista somniabant: posse hominem in hac vita perfecte vivere sine omni peccato, ut Pelagiani contra sacram Scripturam dicebant: solam fidem iustificare, eam semel habitam non posse amitti, atque adeo esse in solis praedestinis, ut nostri Novatores contendunt. Alioquin non est dubium, quin ex massa iustorum, vel praedestinatorum posset quocumque constari unum aggregatum; quod si ita institui placuisset vocis significationem, dici potuisset Ecclesia: atque adeo eatenus censeretur mixta hae quaestio de nomine. Verum modus iste loquendi est plane contrarius praesenti usui & institutioni, & supponit alios reales errores. Immo realis satis in hoc ipso quaestio est, an congregatio illa, quae in sacris Scripturis & Patribus dicitur Ecclesia, & cui sunt promissa seu data a Christo ejus fundatore tam singulares praerogativae (de quibus postea) sit illa, quae constat ex solis iustis aut praedestinis, aut alia, quam nos cum ceteris Catholicis statuimus. Ut proinde non sit haec quaestio tam leviter, veluti modo nominalis, tractanda.

7. Errores oppositi supponunt alios errores ex quibus consistunt.

Obijciunt I. Infideles actu, sed praedestinati dicuntur Oves Christi Joan. 10. filii Dei Joan. 11. Immo Scriptura solos praedestinos vocat oves, utique separandas ab haedis in die iudicii Matth. 25. At non praedestinati, etsi ad tempus iusti, non sunt vere filii Dei aut discipuli Christi, etiam quando esse videbantur & ita vocabantur, ut expressè tradit Augustinus lib. de Corrupt. & grat. cap. 9. allegans illud 1. Joan. 2. Ex nobis proderunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Resp. Praedestinos infideles esse & vocari Oves & filios Dei secundum praedestinationem, non secundum praesentem iustitiam & fidem, adeoque non.

8. Infideles praedestinati quo sensu sunt filii Dei, quo adeoque non.

adesque secundum hanc, seu de facto non esse partes Ecclesiae & Ovium Christi, qui proinde ait *Ioan. 10. Et illas oportet vobis ad ducere &c.* Item dicitur *Ioan. 11. Christus moriturus, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.* Unde *August. Tract. 45. in Ioan. Secundum praescientiam & praedestinationem, quam misit oves foris, id est, extra Ecclesiam; quam multi lupi intus, seu in Ecclesia.*

Secundum praefatam vero distinctionem verum manet, tam illud *Rom. 8. Qui Spiritum Christi non habet* (quem non habet de facto infidelis praedestitatus) non est eius; supple, vivum & fructuosum membrum, scilicet secundum praesentem iustitiam; quam illud 2. ad *Timoth. 2. Cognovit Dominus, qui sunt eius, nempe secundum electionem seu praedestinationem.*

Falsum porro est, in Scriptura solis electis tribui nomen ovium: nam aliquando generaliter hoc nomen sumitur etiam pro malis *Ioan. 21. Pasce oves meas. Psal. 73. Iratus est furor meus super oves pascuae tuae.* Unde si pro solis electis aut sanctis hoc nomen sumatur, consequenter sunt in eodem ovili Christi non tantum oves, sed & haedi, in iudicio ab invicem segregandi. Si autem generalius accipitur, sunt quidem in Ecclesia solae oves, sed tum sanae, tum aegrae, tum pingues, tum macilentae, ut est apud *Ezechielem c. 34.*

Quod vero iustos non praedestinos *Augustinus* dicit non esse filios Dei; intellige, veritate permanentiae seu finis, qui respectu filiationis est consecutio hereditatis; quamquam indubie sint filii veritate essentiae, quatenus scilicet vere iusti sunt, & secundum praesentem iustitiam Deo tanquam filii accepti.

Simili sensu dixit *Augustinus* in *Psal. 131. circa med. de non perseverantibus: Non sunt ipsi Ecclesia*, quia scilicet non sunt illa pars Ecclesiae, quae cum Christo semper manura est. Vide *Augustinum lib. 7. de Bapt. cap. 51. & 52.* In simili sensu verificari quoque posset illud eiusdem *Augustini lib. 3. de Doctr. Christi. c. 32. dicentis: Non enim revera Dominus corpus est, quod cum illo non erit in aeternam.* Verum tamen quod ibi *Augustinus* agit est hoc. Reprehendit enim regulam secundam *Tertullianii* de Ecclesia seu Domini corpore bipartito, quasi una sit electorum, alia reproborum contra priorem condistincta: eo quod non sit vere corpus Christi continens solos reprobos: quia revera corpus Christi non est, quod simpliciter damnabitur, neque cum illo erit in aeternum, scilicet secundum potissima aeternam membra; adeoque unum dumtaxat est corpus Christi seu Ecclesia, sed corpus permixtum, in quo non tantum sunt boni & electi, sed etiam mali ac reprobi, qui ceteris

ris sunt adhaerentes sicut palcae granis, membra morbida sanis steriles palmites fructuosos, qui etsi aliquando resecuntur, manent eadem vitis. Quare sicut statua eadem manens, paulatim additione vel detractioe politur usque ad consummatam perfectonem: sic corpus Ecclesiae idem manens (etsi diversitas quadam materialium partium interveniat) hic formatur, additis aut interdum resectis quibusdam partibus, donec omnibus suis partibus sit perfectum, sicut secundum partes perfectiores maneat in aeternum.

Obicitur II. Scriptura Ecclesiam vocat sanctam, sine macula, aut ruga, totam pulchram &c. ergo peccatores in ea non sunt. Resp. haec epitheta in primis convenire Ecclesiae militanti per Synecdochen, quatenus est talis in praecipuis suis membris, quae sancta sunt & sine macula aut ruga gravis criminis. Item dicitur talis ratione capitis Christi, Sacramentorum & legum sanctissimarum: adeo ut quidquid per se ad eius institutionem pertinet sanctum sit, per accidens autem sit, quod in ea sint scelerati, eo quod scilicet non vivant secundum formam & institutiones Ecclesiae. In ea denique sola reperitur vera sanctitas, non in aliis conventiculis. Aliqui insuper Patres cum *Hieronymo, Augustino l. contra Donatistas post Collat. c. 7. & alibi saepe, illud ad Ephes. 5. Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, referunt ad Ecclesiam triumphantem, seu ad tempus & statum Ecclesiae tunc futurum. Illud autem Cantic. 4. Tota pulchra es &c. ad animam sanctam plures referunt. Alioquin in iisdem Canticis c. 1. dicitur: Nigra sum, sed formosa, quod *Augustinus l. 3. de Doctr. Christi. cap. 32. dictum cenet, propter temporalem unitatem intra una reprobisum bonorum & malorum.* Et *Cantic. 2. dicitur: Sicut lilium inter spinas, &c. amica mea inter filias. Quod* (inquit *Augustinus lib. de Unitat. Eccles. cap. 14.*) *de sancta Ecclesia dicitur omnis Christianus agnoscit. . . . Unde appellat spinas, nisi propter malignitatem morum? Et easdem unde filias, nisi propter communionem Sacramentorum?**

Obicitur III. *Isaia 52. dicitur de Ecclesia Christi: Non adjiciet ultra, ut pertranscat per te incircumcisus & immundus.* Et infra: *Exite inde, pollutum nolite tangere.* Resp. Historicè seu literaliter haec verba respicere Judaeos ex Captivitate Babylonica & a consortio Chaldaeorum reverturos, ac praedici huiusmodi incircumcisos & immundos deinceps seu ad longum tempus non pertrahituros aut vastaturos Jerusalem. Allegoricè autem significatur numquam delendam Ecclesiam (ut deleta funditus fuit terra Jerusalem) sed

11. Quo sensu Ecclesia dicitur sancta, sine macula, tota pulchra.

12. Exponitur locus Isaiae 52.

9. Quo sensu nomen Ovium sit eis proprium, quo non.

10. Iustus reprobis quo sensu non sit vere filius Dei, juxta Augustinum.

11. Alius ejusdem loci exponitur.



portas inferi non prevaluerunt adversus eam. Anagogicè autem id interpretatur Augustinus in Breviculo Collat. 3. dist. c. 9. & lib. post Collat. cap. 8. De Ecclesia triumphante.

13. Exponitur locus Apostoli 1. ad Cor. 10.

Objicitur IV. illud Apostoli 1. ad Cor. 10. Unus panis, unum corpus multi sumus; panis autem non fit ex paleis, sed tritico. Respondet Cyrillus l. 1. Ep. 6. alias 76. ad Magnum similitudinem in hoc consistere, quod sicut ex multis granis fit unus panis, ita ex multis hominibus una Ecclesia. Adde per unum panem ibi intelligi Eucharistiam, & per unum corpus, Christi corpus; esse autem fideles illum unum panem & unum corpus, quatenus & quotquot scilicet de illo uno dignè participant, adeoque effectum illius, qui est unitas seu unio charitatis, accipiunt.

14. Quo sensu mali secundum Patres non sint membra Christi.

Objicitur V. Secundum Patres mali non sunt membra Christi, sed potius diaboli. Augustinus quoque l. 3. de Baptis. c. 18 & alibi docet solos sanctos esse illam Ecclesiam, quæ est fundata super petram, & cui datæ sunt claves regni caelorum. Resp. malos verè esse membra seu filios diaboli, tamen simul esse membra corporis Christi, etsi non connexa secundum omnem juncturam, seu minùs perfecta, quia scilicet mortua sunt seu non viva, vità nimirum perfecta charitatis: etsi alioquin vitam imperfectam fidei aut etiam spei habeant, credentes articulos revelatos, eosque ac Ecclesiae unitatem & pacem contra perturbatores amore quodam fraternitatis defendentes, aut etiam bona æterna sperantes.

Quo sensu Augustinus dixerit solos sanctos esse Ecclesiam, cui datæ sunt claves.

Augustinus autem in locis objectis non aliud vult, quàm gratias & privilegia Ecclesiae concessa, propter solos Sanctos, id est, in utilitatem & commodum eorum, qui salutem consequuntur. Alioquin frequenter docet esse in Ecclesia etiam malos, ab hisque utiliter Sacramenta administrari, eosque ligare & solvere posse, iis denique bona præcipientibus esse obediendum. Plura vide apud Bellarminum l. 3. de Eccles. militante c. 9. & 10.

15. Error Centuriatorum cum suo fundamento refertur & dissolvitur.

Denique Centuriatores Magdeburgenses Centur. l. 1. c. 4. col. 171. conantur ex Scriptura probare duas Ecclesias, unam bonorum, alteram malorum: eò quòd Matth. 5. iustitia discipulorum distinguatur à iustitia Scribarum & Phariseorum & Matth. 6. iusti distinguantur ab hypocritis, & Matth. 7. incedentes per viam angustam ab euntibus per viam latam. Resp. tamen Scripturam nusquam statuere duas tales Ecclesias, sed solum significare diversas qualitates eorum qui sunt in una & eadem Ecclesia: sicut Matth. 13. distinguuntur boni & mali pisces, qui tamen omnes in eodem reti erant. Et sicut grana paleæque in uno acervo permixtæ constitunt, non duplicem, sed unum acervum

utrisque constantem. Unde cum Dignatissima calumniarentur Catholicos, quòd duas Ecclesias staterent, unam bonorum, alteram malorum, hi responderunt (teste Augustino in Breviculo Collat. 3.) se id non somniasse, sed solum se distinguere partes vel tempora Ecclesiae.

Nunc paucis ostendendum, quænam hominum genera sint extra Ecclesiam, seu ad eam tamquam partes illius non pertineant. Et in primis indubitatè est Infideles non baptizatos esse extra Ecclesiam. Patet ex Apostolo, qui de iis 1. ad Cor. 5. dicit: Quia enim mihi de iis qui foris sunt (scilicet hea, ut numquam Christo nomen dederint, neque Ecclesiam intraverint) iudicare? Ideoque dicitur Baptizans janua Ecclesiae; & Florentinum in Instruct. Armenorum dicit homines fieri de corpore Ecclesiae, cum baptizantur; quia videlicet tunc apponuntur ad populum Dei, propter quòd Act. 2. de tribus circiter millibus baptizatis unà die, dicitur quòd in die illa sint appositæ animæ illæ seu homines.

16. Infideles non sunt in Ecclesia.

Unde consequenter juxta communem Doctorum sententiam contra nostrum Alphonsum à Castro Catechumeni non sunt propriè in Ecclesia, scilicet de facto, etsi sint in ea desiderio seu voto. Quòd sufficit, ut salventur, dum susceptionem baptismi excludit necessitas. Et hæc ratione verum est, quòd Concilium Lateranense (& refertur c. Firmiter, de summa Trinit.) Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur; scilicet si sit extra tam factò, quàm voto. In quo non est similitudo per omnia cum arca Noè. Est tamen Catechumenus in Ecclesia secundum quid, qualenus unitur ejus capiti & membris per internum fidei & charitatis vinculum; etsi non per characterem baptismi, participationem Sacramentorum, & subjectionem ad caput visibile Ecclesiae. Posset quoque generaliter loquendo spectare ad Ecclesiam Dei, quatenus ipsa generaliter est cœtus fidelium, adeoque continet etiam fideles non baptizatos. Quò non obstante Ecclesia Christi est universalis, quatenus scèus quàm vetus Syriagoga adstringit fortissimè omnes, ut incorporentur Ecclesiae Christi, adeò ut nullus, quin in ea sit saltem voto, salvari queat.

Immo nec Catechumeni simpliciter loquendo, qui tamen sunt in ea secundum quid.

Secundò Hæretici manifesti (idemque à fortiori est de Apostatis) indubiè secundum quid pertinent ad Ecclesiam; quatenus ratione Characteris baptismalis subjiciuntur Ecclesiae, ab eaque puniri possunt, quemadmodum miles transfuga potest ab Imperatore puniri, atque ut ad castra redeat, compelli. Simpliciter tamen loquendo juxta Doctores communissimè contra Alphonsum à Castro non sunt in Ecclesia: tollunt enim unitatem & unius fidei profici-

17. Idem est de Hæreticis manifestis & Apostatis.

professionem, ac novas potius congrega-
 tiones faciunt. *Quicumque autem unitati
 Ecclesie non communicant, non sunt in Ec-
 clesia,* inquit *Augustinus l. de Unitat. Ecclies.
 c. 4.* Quod sæpe ibidem repetit. Quare si-
 cut transfugæ ad Castra hostilia non cen-
 sentur membra exercitus, sic neque Hære-
 tici membra Ecclesie. Hinc in parabola de
 reti, quod præ multitudine piscium scin-
 debatur, signantur Hæretici, qui Ecclesiam
 scindentes, foras prorumpunt. De quibus
 etiam intelligitur illud *1. Joan. 2. Ex nobis
 proderunt,* abscondendo se scilicet & foras
 erumpendo per apertam hæresim, *sed non
 erant ex nobis.* Quapropter dicuntur post
 conversionem ad Ecclesiam reverti. Di-
 cuntur quidem *Matth. 13.* in eodem agro
 esse zizania permixta tritico; sed ipso
 Christo interprete per agrum intelligitur
 mundus, per zizania generaliter filii ne-
 quam; qui etiam in Ecclesia sunt permixti
 bonis, Et quamquam per filios nequam in-
 telligerentur Hæretici, constat illos esse in
 eodem mundo permixtos bonis, etsi non
 sint in eadem Ecclesia. Deinde vera foret
 parabola, per zizania intelligendo genera-
 liter impios, etsi per agrum Ecclesia intelli-
 geretur per totum mundum dispersa, ideo-
 que nomine mundi à Christo appellata, ut
 vult *Augustinus l. contra Donatist. post Col-
 lat. c. 6.* referens etiam *Cyprianum;* & ex illo
2. ad Cor. 5. reconcilians sibi mundum, dedu-
 cens nomine mundi interdum intelligi Ec-
 clesiam, cum Deus in Christo sibi non re-
 conciliet nisi Ecclesiam.

18.
 Idem quo-
 que est de
 Schismati-
 ca.

Tertio idem est de merè Schismaticis
 juxta eisdem Doctores contra Castro: nam
 & hi tollunt unionem membrorum inter
 se & cum suo capite, quod repugnat unitati
 corporis, Sponsæ, ovilis Christi. Quare
 tam pro his, quam pro hæreticis orat Ec-
 clesia in die Parasceves: *Ut eos Deus ad Ec-
 clesiam Catholicam revocare dignetur.* Idem
 de Schismaticis expressit *Pelagius Papa can.
 Pudenda 24. q. 1.* Et tam de his, quam de
 hæreticis tradunt Patres apud *Bellarminum*
sup. c. 4. & 5. Nobis sufficiat illud *August. 1.
 de Fide & Symbolo c. 10: Credi mus & san-
 ctam Ecclesiam, utique Catholicam; nam &
 Hæretici & Schismatici congregationes suas
 Ecclesias vocant. Sed hæretici de Deo falsè
 sentiendo ipsam fidem violant; Schismatici au-
 tem dissensionibus iniquis à fraternæ charitate
 dissilunt, quamvis ea credant que credimus.*
*Quapropter nec hæreticus pertinet ad Ecclesiam
 Catholicam, quæ diligit Deum; nec Schismiati-
 cus, quoniam diligit (nimirum Ecclesia) pro-
 ximum. Unde Schismatici, etsi in fide non
 errarent (prout plerumque errant) propriè
 non sunt Catholici; cum non sint partes
 Ecclesie Catholicæ, sed potius congrega-
 tionem non Catholicam forment. Possent
 alioquin dici Catholici, hoc sensu, quòd si-
 dem Ecclesie Catholicæ profiteantur.*

19.
 Item de Ec-

Denique justè excommunicati non sunt

absolutè obquendo in Ecclesia juxta com-
 munissimam sententiam contra Castro: tum
 quia à *Concilio Aransicano* (& refertur c.
Canonica li. 9. 3.) dicuntur à gremio sanctæ
*Matris Ecclesie, & à consortio totius Chri-
 stianitatis eliminati.* Ut etiam in *Pontifi-
 cali Romano in Ordine Excommunicandi &
 Absolvendi* dicitur *Excommunicato,* dum
 absolvitur: *Reduco te in gremium S. Matris
 Ecclesie, & ad consortium & communionem
 totius Christianitatis, à quibus fueras per ex-
 communicationis sententiam eliminatus.* Tum
 quia Christus *Matth. 18.* agens de excom-
 municato vult, ut habeatur sicut *Leviticus
 & Publicanus,* adeoque ut abscessus ab Ec-
 clesia & ejectus è numero fratrum, ut ex-
 plicat *Chrysostomus* ibidem, *Augustin. Serm.
 16. de Verbis Domini.* Et *1. ad Corinth. 5.*
*Apostolus ait: Tollatur de medio vestrum,
 incestuosus scilicet per gladium excommu-
 nicationis.* Quare eundem Apostolus ibi-
 dem tradidit Satanæ, id est, excommuni-
 cavit, juxta Patres & *Augustinum,* qui re-
 fertur c. *Omni Christianus li. 9. 3.* dicen-
 tem, quòd *omnis, qui excommunicatur, sata-
 na traditur. Quo modo scilicet quia extra
 Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Chri-
 stus.* Quamquam non tradatur hosti quasi
 damnandus, sed quasi corrigendus, adeo-
 que per modum medicinæ. Tum quia ex-
 communicatus segregatur à participatione
 Sacramentorum & suffragiorum ac socie-
 tate fidelium; adeoque sicut ejectus in exi-
 lium, & jure civitatis privatus, non est ci-
 vis, aut pars reipublicæ; sic neque excom-
 municatus.

communi-
 catis justè.

Manere nihilominus potest excommu-
 nicatus in Ecclesia secundum quid, tum ra-
 tione characteris baptismalis, tum ratione
 veræ fidei, ac subjectionis agnitæ ad legi-
 tum caput, tum aliquando etiam ratione
 gratiæ & charitatis, si videlicet excommu-
 nicatus jam resipiscens, poenitentiamque
 perfectam agens, necdum sit ab excommu-
 nicatione absolutus.

Augustinus autem *l. post Collat. c. 20.* di-
 cens: *Neque à populo Dei separamus, quos vel locus An-
 degradando, vel excommunicando ad humili-
 guntini.*
 rem poenitendi locum redigimus; intelligen-
 dus est (si tamen locus non sit corruptus, &
 legendum non sit; *Neque non separamus,* ut
 post *Lenxam,* non sine fundamento, inspi-
 ciendo contextum, suspicatur *Bellarminus*
l. 3. de Ecclesia c. 6. etsi id non annotarint
Correctores Lovanienses) de separatione
 perpetua sine spe salutis ac reditus, q. d.
 Excommunicatos non separari tamquam
 perituros, sed ut postea humiliari firmius
 uniantur.

Expositio
 guntini.

Restat solum controversia, etsi ad vocem
 pertinens, de Hæreticis occultis, qui si-
 dem exterius profitentur, & communionem
 Sacramentorum veris fidelibus miscentur.
 Hi porro indubiè sunt secundum quædam
 modum in Ecclesia, nempe secundum ex-
 teriorem

20.
 An & quæ-
 liter Hære-
 tici occultis
 censendi
 sint in Ec-
 clesia, expli-
 catur.

teriolem & visibilem nexum: non sunt autem secundum nexum inferiorem, fidei videlicet. Quare non sunt perfecte in Ecclesia, sicut veri fideles; sed modo quodam imperfectiori ac velut analogice sunt membra illius. Sicut membra arida necdum à corpore reliquo præcisa vulgò cèlentur membra illius, cui adhuc externà colligatione adherent, retentà quoque membri exteriori figurà. Insuper hoc est peculiare occultis Hæreticis, quòd etiam valeant functiones externas alterius membri vèlut animati & fide internà informati exercere, ipsaq; Ecclesia per ipsos eas exerceat, atq; adeò sic eì cohæreant, ut possint & valeat officia membri atque etiam capitis obire. In communi quoque loquendi modo maxime attenditur exterior unio seu visibile vinculum in assignandis membris Ecclesiæ; quæ utriusque corpus visibile est.

Unde sic loquantur etiam Patres. *Gregorius 13. Moral. cap. 4. aliàs 5. de simulatis fidelibus dicit, quòd sunt in ea, Ecclesia, multi, qui se fideles esse mentuntur.* De iisdem quoque *Augustinus l. de Gestis cum Emerito sub eis dicit, quòd sunt carne intus, foris spiritu.* Et *l. de Catechizandis rudibus c. 17. de fideis Christianis dicit: Reprobis sunt, etsi ad tempus eos portat Ecclesia, sicut area qua ad tempus ventilationis paleam sustinet.* Et *Tract. 3. in illud 1. Joan. 2. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, intelligit hunc locum de Hæreticis, qui cum prius, sive fictè, sive veraciter fideles existerent, deinde aperte ex Ecclesia exeunt; & subdit: Multi intus sunt, qui non exierunt, & tamen Antichristi (id est, Hæretici aut Schismatici) sunt. Auctoritates autem in oppositum ferè possunt accipi de Hæreticis manifestis; ut proinde dicatur Ecclesia Fidelium, qui scilicet sunt tales, tum fide verà, tum saltem ejusdem professione. Quo sensu etiam Nicolaus Papa *Can. Ecclesia d. 1. Ecclesiam vocat Catholicorum collectionem.* Jube enim ne sine nutu Sedis Apostolicæ fiant Ecclesiæ, id est, ut ipse exponit, Catholicorum collectiones. Quod patet referri ad eos, qui fidem Catholicorum profitentur.*

21. Fatendum tamen *Augustinum* nonnullamquam favere alteri modo loquendi, dum de hujusmodi dicit, non tam quòd in Ecclesia sint, quàm quòd in ea esse videantur, ut *l. 3. de Bapt. c. 19. & q. 11. in Matth.* Immo jam præcisos esse, antequam visibiliter excommunicentur, tradit *l. de Unitat. Eccles. c. 25.* Ut proinde appareat, arbitrarium hoc vel illo modo loqui; & constat, non esse dicendos simpliciter in Ecclesia, si ad talem locutionem etiam unio interior requireretur. Quod ad quæstionem de mera voce spectat & ab aliis negatur; qui ad *Augustinum* responderent, cum locis postremò allegatis sic loqui; sed quòd tales infideles sint membra arida, & radicaliter jam præcisa, ac vitaliter non vitata; quamquam adhuc sint

Arbitrarium est hoc vel opposito modo loqui.

partes secundum externam unionem agglutinate.

QUÆSTIO II.

De Indefeçibilitate Ecclesiæ.

SUPPONO primum Ecclesiæ hominum ^{22.} laplorum, in terra per fidem & merita ^{Ecclesia} unius mediatoris militatis, initium esse desumendum ab Adam & Heva pœnitentibus ^{initium ab Adam & Heva.} Deoque reconciliatis. Quamvis enim Patres (ut *Augustinus Serm. 29. in Psal. 118. & Praef. in Psal. 42.* cui consonat *Gregorius Homil. 19. in Evangel.*) interdum significet, quòd Ecclesia initium habeat ab ipso Abel. Id tamen intelligendum est, quatenus ipse est primus veluti tractus, seu primitiæ (ut loquitur *Augustinus Serm. 29. in Psal. 118. in fine*) primitiæque in gratia defunctus. Quamvis etiam *Gen. 4. de Enos* dicitur: *Iste cepit invocare nomen Domini;* id tamen intelligitur hoc sensu, quòd iste fuerit auctor, ut frequenter, solemnitus, certisque ritibus ac temporibus congregationes sive coetus fierent ad orandum, sacrificandum, colendumque Deum; etsi constet Abel antea obrulisse sacrificium Deo acceptum, idemque existimandum sit de Adam & Seth. ^{Quo sensu ab Abel.} ^{Vel ab Enos.}

Hoc supposito constat in primis Ecclesiam Dei, ex quo primitus cepit, non defecisse usque ad tempora Moyli. Nam omnino credendum est Adam per Seth, Enos, Henoeh, Lamech patrem Noè & similes posteros Seth fuisse veros Dei cultores, atque adeò filios Dei usque ad Noè & tempus diluvii: etsi paulatim depravata esset terra per libidinem similiaque vitia; & juxta *Varios conjecturis innixos, signanter Tormellum ad annum mundi 236. & A Lapide in c. 14. Sapientia* (qui asserit esse expressam sententiam *Tertulliani l. de Idololatria*) etiam per idololatriam, præsertim quoad posteros Cain; quòd tamen in Historia sacra non est expressum, & ab aliis negatur. Noè verò & Sem posteros suos (etsi plures defecerint) similiter fidem & cultum veri Dei docuerunt, ipsique usque ad tempora Abraham vixerunt, immo Sem eidem supervixit. Eo autem tempore erat & Melchisedech (si tamen sit alius à Sem, prout verior est opinio) cum suis, Loth cum suis Dei cultor. Uti etiam postea non defuerunt Job & similes extra filios Israël aut Synagogam Judæorum. Itaque in posteritate Abraham & aliis Ecclesia perseveravit usque ad tempus Moyli, ad cuius ferè nativitatem vixit, Levi filius Israël. Ipsos quoque parentes Moyli fuisse fideles, & ex fide occulasse filium patet ex *Hebr. 11.* Similiter & alii Israëlitarum oppressi, ex fide clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.

24. A tempore autem Moyli constat viguisse fidem & cultum Dei in populo Israël, saltem ^{Et exinde perseverans}

vit in Israe-
lita pluri-
mi.
Etiam tem-
pore adora-
tionis vi-
tuli.
Et sub He-
lia,
At Antio-
cho.
27.
Immo nec
deficit tem-
pore passio-
nis Christi.

saltem quoad magnam partem. Quod enim
obijci potest, defecisse omnes ad idola-
triã, dum in deserto Aaron necdum Pontifex
propoluit adoratum vitulum Exodi 32, id
planè falsum est: non enim defecerat ipse
Moses, & qui cum eo erat Josue; immo &
multi, signanter omnes Levitæ, qui Moyfi
dicenti, *Si quis est Domini jungatur mihi,*
sefe jungentes, idololatrias occiderunt, lau-
danti à Domino Deuteron. 33. *Et custode-
runt eloquium tuum, & pactum tuum serva-
verunt.*
Ad tempus Helia, conquerentis se solum
esse relictum, quod attinet, nimis manife-
stè fulgebat Ecclesia tunc sub regibus Jua
Afa & Josaphat; ut ex Scriptura liquet. Sed
hec sub regibus Israël deerant sic milia
vitorum, qui non curvaverunt genua
sua ante Baal, 3. Reg. 19. Idem est de aliis
temporibus persecutionis Synagogæ, præ-
sertim sub Antiocho, quando sic eluxit fi-
des & virtus Machabæorum & aliorum qui
se illis junxerant.

Tempore denique passionis Christi in-
dubie Synagoga Jerosolymitana dissolutio-
ni proxima, seu Pontifices gravissimè erra-
runt; nec tamen propterea defecit Ecclesia:
Nam (ut optatam cultores veri Dei non
Judæos) multi per totum orbem dispersi
Judæi, nec actorum contra Christum, ne-
que doctrinæ Christianæ conscii, in vera fi-
de perseverabant: multi etiam in ipsa Ju-
dæa non fuerant conscii, necis Christi; mul-
ti quoque conscii, sed non consentientes,
signanter Joseph ab Arimathia, Nicodemus
& Centurio cum iis, qui timentes dixerunt:
*Verè filius Dei erat iste, & iis tum viris, tum
Mariâ Magdalena, Jacobi & Salome, ceteris-
que mulieribus, de quibus Luca 23. dicitur:
Stabant autem omnes notæ ejus à longè, &
mulieres, quæ secuta eũ erant à Galilæa.* Idem-
que est de Joanne Evagelista, Matre Chri-
sti, aliisque Apostolis & Discipulis: adeo ut
ne Petrus quidem, ore tenens, negans Chri-
stum, adeoque contra fidei confessionem
peccans, intus fidem per infidelitatem ami-
serit: quia nempe in illa negatione intus veri-
tatem tenebat, & foris mendacium proferebat,
ut ait Augustinus 1. contra Mendacium c. 6.

Fidem insuper, etiam si amissa fuisset, mox
penitens recuperasset, quam stabiliter dein
etiam tempore passionis & mortis Christi
servavit. Unde unicus cereus, qui triduo
hebdomadæ sanctæ in fine Officii Matuti-
narum manet accensus; nõ significat fidem
isto triduo stetitisse in soã B. Virgine (prout
illam stetitisse vult Auctor Tractatus Ber-
nardo non digni de Lament. Virginis Mariæ,
inter opera ejusdem, contra ipsum Bernar-
dum Sermon. 1. de Paschate asserentem tunc ali-
quos mansisse justos, adeoque fideles) sed
Christum, qui omnibus Prophetis extinctis
semper luxit, & triduo abscondus, etiã man-
sit cum luce divinitatis. Vel certè juxta A-
bulensium q. 14. Proplog. in Matth. significat B

Tempore
Ruperi ex-
tingueba-
tur, & cur.

26.
Ecclesia
Christi in-
tium &
perfectio.

Indefectibi-
lis est usque
ad finem
mundi.

27.
Patet ex
Scripturis
tum veteris
et
novi.

28.
Tum novi
Testamenti.

Constat II. Ecclesiam novi Testamenti
(quæ cœpit à prædicatione Christi, ac dis-
cipulorum aggregatione pedetentim crevit,
post passionem ante ascensionem perfecta
est, in festo Pentecostes veluti promulgata,
ac successivè per omnes nationes ac totum
mundum diffusa est) non defecisse ex inde,
neque defecturam usque in finem sæculi.
Est de fide contra Novatores nostros, qui
etiã interdum nominetenus asserant Eccle-
siam non posse deficere, alibi tamen incul-
cant Ecclesiam Catholicam visibilem, quæ
sola est vera Christi Ecclesia, per multa sæ-
cula defecisse.

Probatur apertè ex Scriptura Ps. 47. ubi
de visibili & usque ad fines terræ se exten-
dente civitate Dei nostri prædicatur: *Deus
fundavit eam in æternum.* Unde Augustinus
in Psal. 47. cum sibi objecisset: *Sed forè ista
civitas, quæ mundum tenet, aliquando everte-
tur.* Respondet: *Abst. Deus fundavit eam in
æternum. Si ergo Deus fundavit eam in æter-
num, quid times, ne cadat firmamentum?* Psal.
88. *Ponam in seculum seculi semen ejus, &
thronum ejus sicut dies cali.* Et infra: *Thronus
ejus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna
perfecta in æternum.* Isai. 61. *Et sædus perpe-
tuum seriam eis: & sicut in Genibus semen
eorum, & germen eorum in medio populorum
omnes qui viderint eos cognoscent illos, seu
merito cognoscerent poterunt & debent,
quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.
Daniel 2. Ecclesia seu regimè Christi præ-
signatur per lapidem, qui abscissus est de
monte sine manibus, & factus est mons magnus,
& implevit universam terram. De quo sub-
ditur: *Suscubabit Deus cali regnum, quod in
æternum non dissipabitur & c. Osee 2. Spon-
sa-bo te mihi in sempiternum.**

Luca 1. Dixit Angelus: *Regnabit in domo
Jacob in æternum, & regni ejus non erit fi-
nis;* idque cõformiter ad ea, quæ Isaias præ-
nuntiaverat c. 9. *Super sedem David & super
regnum ejus sedebit, ut confirmet illud & cor-
robores in judicio & justitia, a modo & usque
in sempiternum.*

Matth. 16. de Ecclesia supra fundamen-
tum visibile & per visibilem vocationem
ædificandã dicit Christus: *Porta inferi non
prevalebunt adversus eam.* Unde Augustinus
1. de Symbolo c. 6. *Ipsa est Ecclesia sancta, Ec-
clesia*

Quid sig-
nificet uli-
mus cereus
qui in tri-
duo hebdo-
mada san-
ctæ manet
accensus.

eclesia ista, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes hereses pugnant, pugnare potest, expugnari non potest. Hereses omnes de illa exierunt, tamquam sarmenra inuulsa de vite praeclisa: ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua. Porta inferorum non vincunt eam. Nimirum quia (ut ait inter alia Leo Magnus Serm. 2. die Annivers. sue Assumptionis) tantum divinitus soliditate munita est, ut eam nec haeretica unquam corrumpere pravitatis, nec pagana potuerit superare perfidia.

Et Matth. ult. Apostolos & Successores, quos Ecclesiae rectores instituit, & ad praedicandum & baptizandum omnes Gentes mittit, confirmat dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Unde Augustinus Conc. 2. in ps. 101. inducit Ecclesiam sic loquentem: *Quam diu ero in hoc saeculo? Annuntia mihi propter eos qui dicant: Fuit & jam non est (si erant Donatista, quorum vociferationes interrogando ac replicando praemisera: Illa Ecclesia quae fuit omnium Gentium, jam non est? Perit? Hoc dicunt, qm in illa non sunt) Annuntiavit; nec vacua fuit vox ista: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Et ad Ephes. 4. docet Apostolus mansura, ad jugum corporis Christi, usque ad finem saeculi, aedificationem, ministeria Pastorum & Doctorum.

25. Item ex parabolis Evangelicis.

Præterea idem conficitur ex parabolis Evangelicis, de area continente paleas & triticum, quæ permundanda significatur in die iudicii. Matth. 3. De agro continente triticum & zizania, quæ crescent usque ad messem, id est, consummationem saeculi, ut exponit ipse Christus Matth. 13. De sagina trahente bonos & malos pisces, quorum discriminatio fiet in consummatione saeculi, item Matth. 13. De ovili continente oves & hœdos ab invicem separandos in die iudicii Matth. 25.

30. Et Patrum testimonio.

Accedunt Testimonia patrum. Ultra jam allegata & ab aliis collecta, sufficiat nobis illud Chrysostomi Hom. 4. in Isaiam Sanè jactatur quidem navis Ecclesiae, at non mergitur... *A quam multis oppugnata est Ecclesia, nec unquam tamen vieta. Quod plurimum eleganter prosequitur, & rationem subdit: Nam Ecclesia radices in celo fixas habet, potius quam in terra &c.*

Denique à posteriori.

Denique idem confirmatur à posteriori ex tot persecutionibus & pressuris, quas hactenus ab Infidelibus, Hæreticis & impiis Ecclesia sustinuit, semper invicta. Unde Augustinus Epist. 48. post med. rectè dixit: *Ipsa est, quæ aliquando obscuratur, & tamquam obnubilatur multitudine scandalorum, quando peccatores intendunt arcum, ut sagittent in obscura luna rectos corde. Sed etiam tunc in suis firmissimis eminet.*

31.

Dices I. juxta Hieronymum Dialog. contra Luciferianos, Orbis terrarum ingemuit, &

se Arianum esse miratum est, quando videlicet in Concilio generali Ariminensi abolitum est nomen Homosion seu confubstantiatis, & Ursacius ac Valens cum ceteris Arianis in communionem recepti sunt: ergo Ecclesia aliquando defecit. Resp. Neg. Conf. nam Hieronymus ita loquitur, non quod tunc verè Orbis terrarum fuerit Arianus, sed quia plerique Episcopi Catholici ex parte terrarum congregati Arimini, postquam fide Catholica stabilita & Arianis damnatis Concilium legitimum dudum fuerat, absolutum & dissolutum minis & metu Imperatoris licentiam abeundi negantis adacti, & morè tædio evicti, imprudenter passi sunt silentio sepeliri nomen confubstantiatis, parum curantes de vocabulo, dum sensus esset in tuto, ut Hieronymus loquitur, deceptique obscuritate vocis Græcæ fraudulentam Ursacii & Valentis Confessionem (quæ sensu recto Catholici accipiebant, uti perverso Arianis) admiserunt, atque eos in communionem receperunt. Unde quod imposturam Arianorum, triumphum postea canentium, ingemuit Orbisive illa Episcoporum multitudo, idemque mirati sunt, quod (ut loquitur Hieronymus) sine conscientia hæretici sebebantur. Quare factum istud fuit Conciliabuli illegitimi ac reprobati, non autem Concilii legitimi Ariminensis; atque non magis obstat indefectibilitati Ecclesiae (quæ isto tempore in Galliis & alibi maxime florebat) quam error cujusvis alterius conciliabuli generalis.

Quo sensu Orbis se esse Arianum miratus est.

Dices II. Tempore Antichristi videtur Ecclesia defectura, sic saltem ut non appareat. Nam Luca 18. dicitur: *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?* Et 2. ad Thessal. 2. *Nisi venerit discessio primum &c.* id est, generalis apostasia à fide tempore Antichristi, qui ibi dicitur homo peccati. Cujus etiam tempore, ut prædicitur Dan. 2. *auferetur iugum sacrificium, Eucharisticum videlicet.* Quare Augustinus Epist. 80. cum allegasset illud Matth. 24. *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stella cadent de celo;* addit: *Ecclesia non apparebit, impiis tunc persecutoribus ultra modum saevitibus.*

32.

Respondeo: Etiam tunc Ecclesia in suis firmissimis eminebit, ut utar verbis Augustini Epist. 48. Nam, ut idem in particulari de saevissima Antichristi persecutione loquens 20. de Civit. cap. 8. inter alia dicit, *Id potius est credendum, nec qui cadant de Ecclesia, nec qui accedant ad Ecclesiam illo tempore deserturos: sed profecto tam fortes erunt, & parentes pro baptizandis parvulis suis, & hi qui tunc primitus credituri sunt, ut illum sortem vincant etiam non ligatum.* Quamvis non apparebit tunc in suo exteriori splendore, quem modo habet tempore pacis, & publici ac magnifici cultus in Basilicis &c. idque

Tempore Antichristi perseverabit Ecclesia invisibilis.

idque in locis praesertim Anti-Christo-
julque affectis vicinioribus. Quod solum
vult Augustinus Epist. 80. Alioquin sane (ut
loquitur Chrysostomus Hom. 4. in Iasiam)
facilius est extinguere solem, quam Ecclesiam
obscurare; sic scilicet ut non retineat clari-
tatem, sicut in professione sincera fidei,
servandisque Christi Sacramentis & insti-
tutis, etiam non obstante acerbissima per-
secutione, quae utique locum non habet,
ret, si vel non restarent persequendi, vel
nullatenus apparent.

33.
Quaedam
loci scrip-
turae expli-
cantur.

Ad verba Lucae 18. dico ijs solum signifi-
ficari, quod abundante tunc iniquitate, Fe-
des, praesertim emnens, erit non ita mul-
torum. In Epist. ad Thessal. intelligitur, sive
discessio à Romano imperio, sive disces-
sio à fide & obedientia Romanæ Ecclesiae,
valde quidem generalis, non tamen omni-
no universalis, neque omnium & singu-
lorum, quin scilicet multis locis & regio-
nibus adhuc invenientur, qui in fide per-
severent. In Daniele 6. 12. dicitur auferen-
dum, quantum scilicet est ex parte Anti-
Christi, adeoque omnino interdicendum
usum Sacrificii Eucharistici; quod tamen non
habebit ubique effectum, quin plerisque
in locis adhuc jugiter offerretur, sive pub-
licè, sive saltem occultè, uti tempore
gentilitatis, & hodie in locis Belgii, in
quibus nostri Novatores rerum potiuntur.
Nam hujus Sacrificii oblatione dixit Apo-
stolus I. ad Cor. II. mortem Domini an-
nuntiandam, donec veniat ad iudicium.

QUESTIO III.

De Visibilitate Ecclesiae.

34.
Vera Eccle-
sia est vi-
sibilis, &
qua ratio-
ne.

Dico: Vera Christi Ecclesia est ita
visibilis, ut à prudenti rerum aesti-
matore ex signis indubitatis, dignosci queat
omni tempore, quoniam visibilis coetus sit
vera Ecclesia. Nimirum quia etsi interior
Ecclesiae forma per se non cadat sub sen-
sum, ipsa tamen se prodit secundum faciem
velut exteriorum & quaedam lineamenta,
ex quibus intellectus merito iudicat in tali
materiali coetu hominum reperiri Ecclesiam
Christi. Sicut homines & bestiae dicuntur
visibiles, etsi interior forma oculis non
conspiciatur. Unde Ecclesia ipsa ideo visibi-
lis dicitur, quia oculis notari potest illa ho-
minum societas, de qua propter singulares
ejus & perspicuas notas credere merito &
infallibiliter debemus, quod sit Ecclesia
Christi. Ut proinde aliud per se videamus,
scilicet materiale hominum coetum, & si-
gna quaedam illius, aliud credamus, scilicet
ipsum esse Ecclesiam & sponsam Christi.
Conclusio est de fide contra nostros Nova-
tores, qui veram Christi Ecclesiam fingunt
invisibilem, ne si externa & visibilem eam-
que indefectibilem admittant, consequen-
ter cogantur ostendere proximos suos an-
te Herinæ Sum. Theol. Pars III.

tecessores, quo nunc rediculè planè se ex-
culari nituntur, dicentes, semper quidem
aliquos veros Evangelicos suæq; sectæ suis-
se, sed occultos latere, soli Deo cognitos.

Est autem Conclusio manifesta ex Scri-
pturis, quæ dum agunt de vera Christi Ec-
clesia, jugiter inculcant eam esse manife-
stam & visibilem. Matth. 5. Non potest ci-
vitas abscondi supra montem posita. Ad quem
locum Augustinus l. 2. contra Crescon. c. 36.
Extat (inquit) Ecclesia cunctis clara atque
conspicua: quippe civitas, quæ abscondi non
potest, super montem constituta. Et l. 13.
contra Faustum. c. 13. quaerit: quem montem,
nisi eum qui secundum prophetiam Danielis
ex parvo lapide crevit, & factus est mons
magnus, ita ut impleret universam terram?
Et Tract. 2. in Epist. I. Joan. Quid amplius
dicturus sum, quam cæcos, qui tam magnum
montem non vident, qui contra lucernam in
candelabro positam oculos claudunt? Iasa 2.
Erit in novissima diebus preparatus mons do-
mus Domini in vertice montium, & elevabi-
tur super colles, & fluent ad eum omnes gen-
tes. Cap. 33. Respice Sion civitatem solenni-
tatis nostra, oculi tui videbunt Jerusalem.
habitationem opulentam, tabernaculum quod
nequaquam transferri potest. Iasa 60. & 61.
quo postremo loco (quem allegavimus n. 27.)
etiam fatetur Calvinus prædici Eccle-
siam fore conspicuam cunctis Gentibus.
Ezech. 37. Michæa 4.

35.
Visibilitas
Ecclesiae
probat ex
Scripturis
veteris Te-
stamenti.

De Ecclesia quoque visibili agunt Scri-
pturae novi Testamenti & parabolæ allega-
tae n. 29. quæ pariter ejus usque finem læ-
culi durationem stabiliunt. Soli etiam invi-
sibili Ecclesiae convenire possunt, quæ ha-
bentur Matth. 18. de Ecclesia. Et: si Ecce-
siam non audiverit, sit tibi sicut Ethnicus &
Publicanus. Et Act. 20: Attendite vobis &
universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus po-
suit Episcopos, regere Ecclesiam Dei. Et I. Cor.
15. ubi dicit Paulus de se ipso: Persecutus
sum Ecclesiam Dei. Et I. Cor. 1. & 2. Cor. 1.
scribit Ecclesia Dei, quæ est Corinthi. Et I.
Petri 5: Salutate vos Ecclesia, quæ est in Ba-
bylone, id est, Romæ coelestis. Et apertissi-
mè, I. ad Timoth. 3. post varias, de ordina-
tionibus praesertim Episcoporum & alio-
rum visibilibus ministrorum Ecclesiae, in-
structiones, subdit: Hac tibi scribo. . . .
ut scias quomodo oporteat te in domo Dei con-
versari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna
& firmamentum veritatis. Unde manifestè
patet Ecclesiam Dei vivi esse visibilem, in
qua (ut ex præcedentibus liquet) sunt E-
piscopi, Præbyteri, Diaconi, per Timo-
theum aliosque Apostolorum successores
visibiliter ordinati: & in qua qualiter con-
versandum sit, docebatur Timotheus; qui
utique non instruebatur, quomodo cõver-
saretur in Ecclesia quam non videbat. Per-
inde ac visibilis est monstrari potest do-
mus aut familia principis alicujus, ad quam
ministri certis officiis præficiuntur vocantur.

36.
Item ex
Novo Te-
stamento.

Ut merito dixerit *Augustinus* *Tract. 1. in Epist. 1. Joan. Numquid digito ostendimus Ecclesiam fratres mei? nonne aperta est? nonne manifesta? nonne obtinuit omnes gentes? &c.* Alibi quoque frequenter idem inculcat. Quod & faciunt alii Patres.

37.
Assignatur
ratio Theo-
logica.

Ratio desumitur ex ipsa velut natura Ecclesiae, quae nimirum est societas hominum, municeps utique externis & sensibilibus signis: non enim est societas, si socii invicem non sint conjuncti, & se invicem quae tales noscere nequeant, prout id nequeunt homines, nisi sint externa societatis symbola & vincula, dicente *Augustino* *l. 19. contra Faustum c. 11. In nullum nomen religionis, sive verum, sive falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel Sacramentorum visibilibus consortio colligantur.* Accedit, quod nunquam defuerint, nec etiamnum desint exteriore, caeque infallibiles vestrae Ecclesiae notae, quae seq. allegandae, ex quibus ipsa fiat visibilis. Confirmatur: quia omnes tenentur sub aeterna maledictione se adungere verae Dei Ecclesiae; debet igitur ipsa posse adiri, reperiri, cerni &c. Deinde potestas clavium, interpretatio Scripturae seu dubiorum, aliaque praerogativae datae sunt a Christo verae Ecclesiae eiusque ministris; omnis autem earum usus seu utilitas tolletur, si nec Ecclesia, nec ejus ministri sint visibiles.

38.
Arguitur
diversimodè
ad ad hominem
contra Novatores.

Specialiter vero ad hominem contra nostros Novatores sic argumentari licet. Si Ecclesia tot saeculis fuerit occulta & invisibilis; ergo vera Christi Ecclesia defecit; cum haec non occultata, sed necessario visibilis sit, & manifesta juxta Scripturas, Patres, rationem. Deinde, quo teste Novatores asserunt tot saeculis latuisse veram Ecclesiam veraeque fidei cultores, donec novi Pseudo-Apostoli nuper mundo apparuerunt? Cur ijs apparentibus, ne unus quidem narratur prodixisse, qui corpus istud novellae doctrinae antecederet tenuerat, sed è contra quotquot se illis adjunxerunt, aliam prius fidem tenuerunt, uti & ipsi Pseudo-Apostoli tenebant? Ut proinde ne occultus aliquis coetus antea fuerit, qui novellam istam doctrinam profitebatur. Perierat ergo etiam occulta illa, atque adeo omnis Ecclesia Christi. Uterius si tot saeculis latuit, indigna prorsus fuit nomine verae Christi Ecclesiae; quae nimirum tot saeculis synceram Christi doctrinam non fuisset aula profiteri, aut in lucem prodire; quin potius falsam, adversariorum judicio, id est, Papiaticam doctrinam fuisset in cultu sanctarum imaginum, Eucharistiae &c. professam, dum interim tota terra post bestiam abiit, ut *Lutherus* loquitur, hoc est, post Romanum Pontificem. Unde etiam ipsa invisibilis Ecclesia defecisset professione falsa religionis.

Insuper vera Christi Ecclesia tot promissis praefulgens, per tot annorum centurias miserabilior fuisset ipsis Judaicae sectae ruinis, quae semper quibusdam in locis suas

synagogas atque exercitium suae sectae habuisse atque habere satis dignoscitur; omnibus item Haereticorum sectis, quarum nulla fuit alicujus nominis, quae non conventus suos, praefectos, professionem & exercitia habuerit, ut etiam passim id cognosci posset. Et credibile erit, Ecclesiam Dei tot saeculis ita latuisse, ut nullum in orbe sacellum quidem seu domum suae congregationis habuerit, nullam humanam industriam ab ullo Episcopo, Pastore, Inquisitore, aliove homine tam immenso tempore deprehendi ipsa potuerit? praesertim cum singulari novellae sectae, quae sibi cum aliarum exclusione vendicant veram Ecclesiam, & crepant purum verbum Dei, mox fuerint tamquam satis visibiles deprehensae, examinatae, damnatae; denique cum ante Novatorum tempora nullus proferri posset, qui modum verae justificationis (quae per solam fidem specialem juxta ipsos fieri potest) agnovisset, & circa quam tota erravit ipsis fatentibus antiquitas, per consequens nullus verè fidelis aut justus, atque adeo neque Ecclesia in mundo extitit, ante nuntiatum hoc novum Evangelium.

Contra visibilitatem verae Ecclesiae Haeretici objiciunt I. illud *1. Petri*. *Tamquam lapides vivi super aedificamini, domus spiritualis, Sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias.* Resp. Ecclesiam esse domum spirituales, non secundum substantiam & physicè, uti Deus vel Angelus; sed accidentaliter seu moraliter ob habitudinem quamdam ad spiritum, quia videlicet à Spiritu sancto est, in Deum ac salutem spirituales tendit, in eaque Spiritus sanctus dominatur, interiorque junctura Ecclesiae in fide & charitate spirituali consistit. Sicut ibidem opera virtutum per quamdam analogiam dicuntur *spirituales hostia*. Et *1. ad Cor.* *1. homo spiritualis dicitur, & contra animale distinguitur.* Et *ad Gal. 6.* dicitur: *Vos qui spirituales estis.* Deinde Ecclesia dicitur domus spiritualis, tum ad distinctionem domus materialis, quae lapidibus mortuis constat: tum quia mysticè significatur per domum magisalem, qualis erat tabernaculum Moyse & templum Salomonis. Prout spirituale vocatur, tam id quod mysticè seu allegoricè aliquid significat, ut manna, aqua de petra fluens, ipsaque petra *1. Corinth.* *10.* quam id quod mysticè significatur, prout Civitas magna Christi & Martyrum ejus interfectrix, dicitur spiritualiter Sodoma *Apoc.* *11.* Inde autem nihil sequitur contra Ecclesiae visibilitatem.

Objiciunt II. illud *Luca 17.* *Regnum Dei non venit cum observatione, neque dicitur. Ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum*

Dei intra vos est. Resp. regnum praesens Christi non venit cum observatione, qualem Pharizaei (quibus Christus loquitur) intelligebant, qui nempe expectabant Messiam potentè & pariter splendorum ac temporale servitorem.

39.

Ecclesia
quo sensu
appellatur
domus spi-
ritualis.

40.

Regnum
Dei quo
sensu non
veniat jux-
ta scriptu-
ram cum ob-
porale servitorem.

porale illius regnum; cum hac enim observatione non venit Christus, cuius regnum non erat de hoc mundo. Non etiam venit cum observatione, quasi ad ipsum dignoscendum accurata & attenta observatio fuerit necessaria (prout ea requiritur, ut res obscuriores, cum venerint, videatur) vel quasi hic vel illic in angulo aliquo latens regnum sit quaerendum. Venit nihilominus cum observatione hoc sensu, quod non desyerint signa eaque manifestissima, quibus patenter annuntiabatur Christus ejusque regnum, tum per ipsum Christum, tum per Joannem digito demonstrantem Agnum Dei, tum per Apostolos & Apostolicos viros, ut ex Evangelio, ejusque promulgatione & propagatione nimis manifestum est: ut proinde caecitas Phariseorum tacite arguatur, quod non agnoscerent seu crederent Regnum Dei, quod intra ipsos seu in medio ipsorum erat, & annuntiabatur. Immo nec ipsum diabolicum Novatorum regnum (quod ipsi esse Christi putant) sensibili observatione caruit aut etiamnum caret. Sunt autem varii Expositores, qui priora verba non infundate referunt ad secundum adventum Christi, quod non veniet cum observatione, hoc sensu, ut antequam veniat, observandis signis tempus illius praenosci possit, quia ex improvise cuique manifestissime aderit, ut non sit hic vel illic quaerendum. Posteriora autem verba nonnulli intelligunt, non de Ecclesia, sed privato & spiritali regno Dei in qua libet anima sancta, in qua est regnum Dei, seu in qua Deus regnat per fidem & amorem, rerumque inferiorum contemptum. Et sic locus iste est impertinens.

41. Obijciunt III. Illud Hilary l. contra Auxentium circa finem. Male vos parietum amor copis, male Ecclesiam Dei in rebus, Edificis que veneramini, male sub his latebris pacis nomen ingeritis: Montes mihi, & sylva, & lacus, & carceres, & voragines sunt latroes. Hic iuxta Hilarium tunc Ecclesia latebat occulta. Resp. Neg. Conf. Agit enim tantum de districtu Mediolanensi in quo Auxentius Episcopus Arianus Sacerdotes Catholicos suppressens, & qui a suis agnitus Arianus, atque ob dolosum agendi modum simplicioribus tamquam Catholicus habitus, templa occupabat. Quamvis nec ibi (quod tamen parum referret) dicat penitus latuisse Ecclesiam Catholicam, Sacerdotibus Catholicis occultius ob persecutionem exercitia fidei Catholicae peragētib; prout modo fit in Hollandia, Anglia, & praesertim in Hibernia, quamvis ne quidem ibi Ecclesia Catholica sit invisibilis, Haereticis antiqua templa & cathedras, destructis sacris altaribus, per meram violentiam occupantibus; quos aequē ac Auxentium tangit exprobratio Hilarii. Quae de cetero contra visibilitatem Ecclesiae objici solent, jam praecoccupata & soluta sunt.

Hierinx Sum. Theol. Pars III.

Pro fine nota visibilitatem Ecclesiae, et si sit verae Ecclesiae proprietas, non tamen sic ei propriam, ut sit nota illius à Sectis Haereticorum distincta; cum & his commune sit, quod sint visibiles. Quamvis verae Ecclesiae competat specialis quaedam, atque ceteris longè supereminens visibilitas, quatenus ipsa sua amplitudine ac, per orbem universum diffusione, alijque praerogativis quaest. seq. allegandis, sit Sectis Haereticorum longè illustrior ac visibilior, sic ut omnibus emineat, quemadmodum mons magnus exiguis collibus, uti indicat Augustinus l. 13. contra Faustum c. 13.

42. Visibilitas an seu quo sensu sit nota Ecclesiae.

QUAESTIO IV.

De Notis Verae Ecclesiae.

S. I.

Quantum sit pondus quaestiois.

Negotium verae Ecclesiae atque adeo Religionis & fidei summam discussionem dignissimum, utpote ex quo pender aeternitas. Non enim nisi in vera Ecclesia & per veram fidem quae Deo placere potest: quantumvis aliunde bonis operibus abundare videatur. Una porro Ecclesia, una fides, uti unica veritas. Statum autē est credere quemlibet in sua fide posse salvari, si credat in Christum, & passam ab eo pro peccatis nostris mortem. Sic enim omnibus ferē falsis Sectis, olim & nunc per diabolum excitatis, atque ab Ecclesia damnatis & abiectis, v.g. Pelagianis, Donatistis, Nestorianis, Eurychanis &c. pateret salus; quae tamen extra veram fidem, extra Arcam Noë seu Ecclesiam non est, uti tota antiquitas incunctanter profitetur. Nam si statuamus aliquem eitate, aliisque virtutibus praeditum, sed Haereticum, nulli utique dubium est propter hoc solum quod Haereticus est, regnum Dei non possessurum, inquit Augustinus l. 4. contra Donatist. c. 18. Idem Episc. 152. Si quis (inquit) ab hac Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Alioquin sanè cur Apostolus ad Timotheum 3. tam sollicitè jubet haereticum hominem vitari, tamquam subversum & condemnatum? Cur tot Concilia omni aetate contra succrescentes haereses, Novatorumque Sectas convocata, ipsaque toties anathemate damnatae? Cur tot martyrium potius, quam haeresi vel unicae subscribere maluerunt? Cur tanta inter Religiones & Haereticorum Sectas dissensio, ut etiam Lutherani Calvinistas impietatis & blasphemiae acculent, eosque pro fratribus habere detrectent, similiter & Calvinista Lutheranos.

43. Quamvis ponderu sit hac quaestio.

Nequit quilibet in sua fide salvari.

Anabaptiste denique eos, qui sui non sunt, pro infidelibus habeant? Cur sicut qui offendit in uno mandato exponit se damnationi, nisi respiciat, sciam non ille, qui in uno articulo incredulus, Ecclesiam contemnit & divinae veritati adversatur? Denique persuasio ista facit hominem non curare; quam religionem vel sectam amplectatur; nullique ipsa Scripturae testimonio nititur, nullâ ratione, contradicente totâ antiquitate.

44. Verba S. Fulgentii.

Cujus existimationem certissimam expressit Fulgentius (ut alios præteream) l. de fide ad Petrum cap. 38. Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Judæos, Hæreticos, atque Schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam presentem finunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo & angelis ejus. Et cap. 39. Firmissime tene, & nullatenus dubites, quemlibet Hæreticum sive Schismaticum in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesia Catholica non fuerit aggregatus, quantumque elemosinas fecerit, etsi pro Christo nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari. Omni enim homini, qui Ecclesia Catholica non tenet unitatem, neque Baptismus, neque elemosina quamlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem, quamvis in eo hæretica vel schismatica pravitas perseverat, qua ducit ad mortem.

§. II.

Quas Notas Ecclesia effingant Novatores.

45. Quas Ecclesia notas statuunt Hæretici, quam in Judæis.

Hæretici porro recentiores duas veras Ecclesie Notas statuunt, sinceram nempe Verbi Dei prædicationem, & sincerum ipsum Sacramentorum. Sed omnino ridiculè: cum notæ debeant esse tales, ut clarè in re appareant, & facile discernatur, an & cui conveniant, quæ proinde ex ijs discerni valeat à ceteris. Porro æquè vel magis obscurum est, pœnes quos sit v. g. sincera Verbi Dei prædicationis, ac pœnes quos sit Ecclesia. Et quævis Secta, etsi in Doctrinis & usu Sacramentorum alteri contraria, contendit pœnes se has notas reperiri. Quomodo igitur in tanta Sectarum varietate ex ijs notis dignosci poterit, quæ vera & sub interminatione maledictionis amplectenda sit Ecclesia? Ut tacam Congregationem illam non fore Ecclesiam, in qua hæc forent, ex hoc solo, quod ipsa esset à corpore toto per schisma, etiam sine errore in fide, separata. Sed mirum non est tenebriones istos querere latebras, ne nimis manifestè convincantur esse extorres ab Ecclesia vera, si notas claras & legitimas Ecclesiam, quas Patres posuerunt, admitterent.

Nec obstat, quod nonnulli sub nomine Chrysostomi obijciant illud Auctoris Operis imperf. Hom. 49. de suo tempore inculcatis: Nunc nullo modo cognoscitur volentibus cognoscere quæ sit vera Ecclesia Christi, nisi tantummodo per Scripturas; nimirum quia (ut præmittit) in tempore hoc, ex quo obtinuit hæresis, Homousianorum scilicet, illas Ecclesias, expulsis nimirum Arianis, nulla probatio potest esse vera Christianitatis, . . . nisi Scriptura divina. Non obstat inquam: nam Auctor operis non est Chrysostomus, sed verus Arianus, vel certe opus ipsum aliquid doctum est quoad hoc & similia ab Arianis corruptum. Ibidem enim Ecclesiam profitentem sanctissimam Trinitatem, sive professionem ejusdem (quam Hom. 19. appellaverat triangulam impietatem, Hom. 48. hæresim Homousianorum) tractat quasi hæresim impiam, & Antichristi Exercitium.

Objectiones quædam ex Auctore Operis imperfecti discurrunt.

46.

Quare de Ariana hæresi rectè dixit Athanasius Orat. 2. contra Arianos in init. Hæresis, qua Ariana vocatur, dolosa & vestra, cum videret sorores suas, cæteras (inquam) hæreses etate grandiores, publicè palamq; probatas haberi, speciem suam dissimulat, & literarum sacrarum vocibus, quasi bonèto cultu induitur, ut pater ejus diabolus.

47. Genus Ariatorum & aliorum Hæreticorum circa tractationem Scripturarum.

Quod & ceteræ novellæ Sectæ faciunt, quæ dum cernunt se nimis apertè novitatis & falsitatis aliunde convinci, ad purum Verbum Dei, sed suo sensu interpretandum, provocant. Memento enim (inquit Hilarius l. 3. ad Constant.) neminem Hæreticorum esse, qui se nunc non secundum Scripturas prædicare ea, quibus blasphematur, mentiatur. Unde eorum voces præformavit Vincentius Lyrinensis cap. 37. dicens: Si quis interroget quempiam Hæreticorum sibi talia persuadentem, unde probas? unde doces, quod Ecclesia Catholica universalem & antiquam fidem dimittere debeam? statim ille: Scriptum est enim. Et continuo mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat de Legge, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis; quibus novo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in hæreses barbararum, infelix anima præcipitur. Inde enim omnes hæreses, quod Scriptura bona non bene intelligatur, juxta Augustinum Tractat. 18. in Joann. init. Itaque verendum cum Hieronymo in c. 1. ad Galat. vers. 11. Ne interpretatione perversa de Evangelio Christi, hominis fiat Evangelium, aut quod pejus est diaboli; dum nimirum Hæretici de purissimo Scripturarum fonte asumentes testimonia, non ita interpretantur, ut scripta sunt, sed simplicitatem sermonis Ecclesiastici id voluit significare, quod ipsi sentiunt, ut ait Epphanus Epist. ad Joannem Hierosolym. Tantum enim (ut utar verbis Tertulliani de prescript. c. 17.) veritati obstrepit adalter sibi, quantum & corruptor stylus.

Unde cum omnes Novatores ex alijs principijs apertissimè convincantur esse

48. Provocatio eorum ad Novatores.

Novatores, nos verò è contrà in ea regula incedere, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit, praescribit idem Tertullianus sup. c. 37. non esse admittendos haereticos ad inveniendam de Scripturis provocationem, quos sine Scripturis probamus ad Scripturas non pertinere; ad quas utique non pertinet, nisi Ecclesia Catholica & Apostolica, quae est columna veritatis, & depositaria ac interpres sincera Verbi Dei. Quantumvis alioquin etiam ex ipso Verbo Dei possint convinci haeretici, apud ipsos non esse Ecclesiam in Verbo Dei promissam, quae scilicet se extendit ad omnia loca & tempora. Prout Augustinus, etiam alibi ex miraculis &c., probet Ecclesiam, interdum tamen velut de superabundanti ex solis Scripturis vult contendere & convincere Donatistas, quod scilicet apud ipsos non sit Ecclesia, juxta Scripturas toto orbe diffusa: quidquid foret de mirabilibus, praesertim visionibus, verè illusionibus, somnijs aut fabulis Donatistarum, quos interdum Mirabilios vocat; quamquam nullum opus ederent, quod verè miraculosum foret, & virtutem creatam, etiam daemonum, superaret.

Quatuor illustiores Nota Ecclesiae.

Aliæ itaque, caeque manifestæ veræ Ecclesiae Notæ à Patribus & Catholicis affignantur. Quatuor illustiores continentur in Symbolo Constantinopolitano: *Credo Unam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.* Ad quas ferè ceteræ reduci possunt.

§. III.

Prima Ecclesia Nota, quod est Una.

49. Unitas Ecclesiae designatur in Scripturis, quae asserunt eam esse unum corpus, Rom. 12. *Unam colimus.* Cantic. 6. *Unum Ovile* Joan. 10. quæque assimilant eam regno & familiae; quæ ut subsistant, exigunt suam unitatem. *Da enim unum* (inquit Augustinus Serm. 26. de Verbis Domini) *& populus est; tolle unum & turba est.* Hæc autem unitas consistit in ordinatissima Ecclesiae toto orbe diffusa dispositione, membrorumque connexionione, ac quoad identitatem credendorum confessione, debitæque subjectione ac subordinatione, praesertim ad supremum caput visibile Ecclesiae. Istam unitatem lacerant, qui diversa à ceteris pertinaciter credere, aut singularia extra communionem totius corporis conventicula facere praesumunt. Quod Apostolus sollicitè cupiens evitare. 1. ad Corinth. 1. ait: *Obsecro vos fratres . . . ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.*

50. Unde hanc unionem seu communionem cum Ecclesia per orbem diffusam ejusque; *Caerinx Sum. Theol. Pars III.*

pute Romano Pontifice, etiam Veteres pro Nota Ecclesiae statuerunt. Hinc Augustinus Epist. 162. sub int. scribit, quod Caecilianus Episcopus Catholicus possit non curare conspirantem multitudinem inimicorum Donatistarum, cum se videret Romanæ Ecclesiae; in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus, per communicatorias litteras esse conjunctum. Inde etiam ostendit Optatus l. 2. contra Parmenianum sub int. Donatistas non pertinere ad veram Ecclesiam, quia non essent conjuncti cum Sinicio Papa, qui tunc erat Ecclesiae caput: *Cum quo* (inquit) *nobis totius orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat.* Inde etiam est, quod Hieronymus in oriente positus Epist. 57. ad Damasum Papam fidenter scribat: *Ego nullum Primum nisi Christum sequens, Beatitudini tue, id est, Cathedræ Petri, communionem confocior, super illam Petram aedificatam Ecclesiam scio, quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est, si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio: quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Anti-Christi est.* Et Epist. altera ad eundem Damasum: *Ego interim clamito; Si quis Cathedræ Petri jungitur meus est.* Et Irenæus l. 3. adversus haereses c. 3. *Ad hanc Ecclesiam Romanam propter potentioris principatus necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles.* Cyprianus lib. de Unitate Ecclesiae sub int. *Hanc Ecclesiam unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Cathedræ Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit? Et Epist. 52. communicare cum Pontifice, hoc est (ut explicat) cum Catholica Ecclesia communicare.* Et Satyrus frater S. Ambrosii percunctabatur ab Episcopo, ad quem ex naufragio delatus erat: *Utrumnam cum Episcopis Catholicis hoc est, cum Romana Ecclesia conveniret; ut referat ipse Ambrosius l. de obitu Satyri post Med.* Hinc Gratianus Imperator teste Theodoro l. 5. Hist. cap. 2. legem tulit, quæ jubebat Ecclesias sanctas tradi his, qui Damasii communionem ampleverantur. Et Episcopi ibi, qui à schismate ad unitatem Ecclesiae redibant tempore Gregorii sponcionem hujuscemodi faciebant, teste ipso Gregorio l. 10. Epist. 31. *Spondeo me in unitate Ecclesiae, ad quam Deo propitio sum reversus, & communionem Romani Pontificis semper & sine dubio permanere.*

munitionem Antiquitas ad praesens institutum usque.

Hæc porro communitio cum corpore per orbem diffuso ejusque capite cernitur evidenter in Ecclesia Catholica. Manifestè autem deficit in omnibus sectis antiquorum ac recentiorum Novatorum, qui cum novitate doctrinae unâ jugum obedientiae excusserunt, non agnoscendo caput corporis per orbem diffusum, à cuius consequenter trunco sese sacrilego schismate avulserunt.

Qua pariter competit soli Ecclesiae Catholicae.

51. Defectus huius communionis Hæreses quæ arefcant.

Unde etiam mira Dei providentiâ; quotquot se ab unitate præfata diviserunt, continuò velut rami à radice, & palmites à vite præcisi aruerunt, ut videre est non solum in infinitis hæresibus, quarum vix nomina restant, nec cognoscuntur, nisi ex Scriptis Catholicorum; sed etiam in Ecclesijs Asiaticis & Africanis, olim florentissimis doctrinâ & sanctitate, postquam fœdo schismate à Catholica unitate recesserunt. Quare (ut utar verbis *Optati lib. 2. contra Parmen.*) intelligite vel serò, Quotquot superestis Sectarii, vos esse ramos fractos ab arbore, vos esse abscissos palmites à vite, vos esse rivum concisum à fonte.

52. Consensio Doctrina fides in membris Ecclesia expenditur.

In eadem Catholica unitate specialiter notanda est (quam & suo tempore notavit & ponderavit *Irenæus l. 1. c. 3.*) mira & perfectissima consensio omnium membrorum Ecclesiæ per totum Orbem usque ad Africanos quoad omnes & singulos fidei articulos, admisa solum dissensione in quibusdam necdum satis per Ecclesiam declaratis, in quibus Scholastici, salva unitate fidei, & perfectâ communionem, dissentiant inter se, prout varii Episcopi Africani olim ante definitionem Ecclesiæ dissentiebant à ceteris circa anabaptismum Hæreticorum. Ea autem unitas palpatur, non solum conferendo doctrinam Patrum cum modernis (quæ consensio spectat ad Ecclesiæ antiquitatem, & unitatem quasi successivam, seu doctrinæ præsentis cum doctrina Ecclesiæ veteris) sed etiam Catholicorum in universis totius mundi partibus, Hispania, Gallia, Germania, ipsa Turcia, Indijs, America, idem omnino sentientium, docentium ac scribentium. Quare merito dixit *Tertull. l. de Præscript. c. 28.* *Equid versimile, ut tot ac tanta Ecclesia in unam fidem erraverint? Ceterum quod apud multos unum invenitur, non erratum, sed traditum est.* *Augustinum* quoque (ipso teste *contra Epist. Fundamenti c. 5.*) in Gremio Ecclesiæ Catholicæ inter cætera detinebat *Consensio populorum.* Vide, quæ scribit *Vincentius Lyrinensis in Commonitorio cap. 3. & 34.* Hæc itaque concordia est apertum signum Regni Dei, quod debet stare in æternum; cum è contrâ discordia signum sit regni diaboli; quod tandem debet dissolvi; de quo *Matth. 12.* dicitur: *Omne regnum divisum contra se, desolabitur.*

53. Dissensiones & dissensionem singularium Sectarum & Sectariorum.

E contrâ hæreses vix nate mox in diversas fuerunt sectas dissectæ, quarum mutua dissensionem sufficiunt ad suam ipsorum doctrinam evertendam. Quod de antiquis & dudum antiquatis hæresibus ostendunt *Irenæus l. 1. cap. 21. & seqq.* *Epiphanius Hæresi 8. in fine.* *Theodoretus l. 4. de Hæreticorum fabulis.* *Augustinus Hæresi 46.* qui specialiter de *Donatistarum* hæresi *lib. 1. de Bapt. c. 6.* tradit eam suo tempore in multa minutissima frusta cõcisam. Quomodo autem *Ariani* mox fuerint divisi, scribit *Ruf-*

inus l. 10. Histor. Eccles. c. 25. de quibus etiam testatur *Hilarium Libro 3. ad Constantium* quod singulis penè annis mutarent fidem. Idem novissimum est de *Calvinistis*, & præsertim *Lutheranis*, qui vixdum nati in *Anabaptistas*, *Confessionistas* & *Sacramentarios* sunt dissecti, & hi rursum in alias & alias sectas usque ad triginta quatuor; idque non longè post initium: nunc autem numerentur centum diversæ sectæ ex uno *Luthero* prodeuntes; ut vix restent qui corpus purum doctrinæ Lutheranicæ ab initio traditæ sectentur, ac *Lutheranis* aptè quadret illud *Irenæus l. 1. c. 5.* dictum de *Valentinianis*, quod cum essent plurimi, vix duo aut tres convenire reperiebantur in dogmatibus suis.

Immo nec ipsi Hæresarchæ secum conveniunt (quod tamen teste ipso *Luthero l. de Votis Monasticis*, est certissima falsæ doctrinæ nota) ut patet ex innumeris *Luthero* contradictionibus, quas colligit *Cochlem* in Libro, quem intulavit *Luthero Septiceps*; ubi in fine adijcit triginta sex unius *Luthero* varias de unico articulo, scilicet communionem sub utraque specie, sententias. Similiter *Calvinus in cap. 1. Joan.* Scribit Christum esse verum Deum ejuldem cum Patre essentia. At *Epist. 2. ad Polonos* asserit Christum secundum naturam, etiam divinam, Patre minorem, & (ut loquitur *Refutat. 10. contra Gentilem*) Filium etiam secundum divinitatem Patri subiectum, atque aded nomen Dei per excellentiam ad solum Patrem pertinere, eumque solum ac propriè celi & terræ Creatorem esse; improprium denique ac duram esse locutionem Symboli, Deum de Deo, Lumen de Lumine.

54. Contradictiones Lutheri & Calvinii.

Nec mirum, quod postquam à recto veritatis tramite semel deviatum, eatur inconstanter per diversa in via: quodque divulsus ab immobili veritatis columna, quæ est Ecclesia Catholica, nec habentes certam regulam aut dubiorum interpretem, sed proprium spiritum erraticum, instabiles circumferantur omni vento doctrinæ ad circumventionem erroris, Magistri discipulis, & utrique sibi ipsis non consentientes.

Inconstancia doctrina unde in Hæresibus oritur.

E quoque differètia cernitur inter sectas, quæ ab Ecclesia exeunt, & eas quæ ab alijs sectis nascuntur, quod Ecclesia hæresibus successivè nascentibus & emorientibus, incommutata semper perseveret; hæreses ipsas damnans & à se projiciens, omnibus etiam sectis auctoritate, numerositate sectatorum, amplitudine & generalitate locorum ac temporum incomparabiliter excedens. At sectæ ex alijs prodeuntes pari ordine & gradu cum suis matribus procedunt, & infelices partus, vix nati sæpe matres suas locis & numero superant, nec est cur ab eis damnari timeant potius, quàm ipsæ contra eas damnent. *Mentior, si non etiam à regulis*

55. Quia dissensionem inter sectas ex Ecclesia & ex alijs sectis prodeuntes.

regulis suis variant inter se, dum unusquisque proinde suo arbitrio modulatur quae accipit, quemadmodum de suo arbitrio ea composuit ille, qui tradidit . . . Idem legitur Valentinianus, quod Valentinio, idem Marcionitis, quod Marcioni (idem Zwinglio, quod Luthero, idem Arminio quod Calvino &c.) de arbitrio suo fidem innovare. Denique penitus inspecta haereses omnes in multis cum auctoribus suis dissentientes deprehenduntur; ut praclare Tertullianus l. de Praescript. c. 42. Nihilominus nihil interest illis, licet diversa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conspirant; ut idem c. 43. praecipuerat.

§. I V.

Secunda Ecclesiae nota, quod sit Sancta.

56. In quo consistat Ecclesiae sanctitas.

Doctrina Ecclesiae qui sancta.

Unde consequens sanctitatis cultorum.

57. Argumentum inde desumptum.

Sanctitas Ecclesiae consistit non solum in sanctitate capituli, sed insuper in sanctitate & puritate doctrinae, quae nil fallum in materia fidei, nil iniquum in materia morum continet, & cultorum secundum doctrinam & instituta Ecclesiae Catholicae viventium.

Ad doctrinam quod attinet, ea nullo naevo rationi adverso laborat, tota a peccatis & terrenis avertit, & ad sanctitatem ac studium perfectionis inducit, ut patet ex ijs, quae docet & suadet circa castitatem, fraternitatem carnis, contemptum mundanorum, &c. item circa necessitatem poenitentiae, & satisfactionis, purgatorium &c. Quare tot milleni, praesertim religiosi, homines utriusque sexus, atque inter hos Reges & Principes, eorumque filii ac filiae, ex doctrina Ecclesiae, adjuvante divina gratia, tam mirabilem in se mutationem senserunt, vitamque conformiter instituentes, sanctitate orbi nota omni saeculo eluserunt, quam etiam post mortem signis manifestis Deus attestatus est; ut historiae fide dignissimae, nec umquam in dubitationem vocatae tradunt. Tales sunt Antonius, Hilarion, Basilus, Martinus, Ambrosius, Augustinus, Benedictus, Gregorius, Witebrordus, Bonifacius, Norbertus, Bernardus, Dominicus, Franciscus (quos tres signanter Novatores fatentur esse sanctos) Antonius a Padua, Thomas Aquinas, Bonaventura, Bernardinus, Xaverius, & infiniti alii.

Unde argumentor: Nullus horum fuit Lutheranus, Calvinista &c., sed omnes Catholici; immo plerique Monachi seu religiosi. Vera proinde est religio & fides Catholica, quae sancta docet, sanctitatem promovet, sanctos facit & habet. Falsa enim secta aut fides ad sanctitatem praesertim tam eximiam perducere non potest. Immo sine vera fide (quae salutis fundamentum) impossibile est placere Deo. Religio quo-

que falsa, utpote a diabolo, inidonea fuisse ad efficiendos Dei amicos, ipsiusque Diaboli capitales inimicos. Non est praeterea credibile, tam innocentes ac Deum quaerentes viros adeo fuisse deceptos in negotio verae fidei (quam, & cetera salutis media, uti ipsam salutem, in se & alijs tam sollicitè exquisierunt) neque a Deo, qui assidue petentibus dat spiritum bonum, fuisse illuminatos. Maxime, cum, si vera sint quae Novatores docent, non potuissent esse sancti, utpote ignorantes, atque adeo non adhibentes fidem specialem (quae sola secundum ipsos justificat) atque adhaerentes meretrici Babylonicae (sic vocant Ecclesiam Romanam) nec non existentes primaria instrumenta Antichristi, atque extra veram Ecclesiam, denique superstitioni & idololatrae in cultu Eucharistiae, Sanctorum, Imaginum si Novatoribus credimus. Quin potius inde consequens foret, eos esse impios & filios gehennae.

E contra Novatoribus deest sanctitas doctrinae incitantis ad studium virtutum & vitiationem peccatorum, abundat autem doctrinae foeda impuritas, quae certa est falsitatis nota: cum doceant jejunium esse traditionem humanam frustraneam, abstinentiam carniū superstitionem, vota Monastica impia & irrita, castitatem impossibilem, ideoque rei uxoriae ab omnibus vacandum, veluti rei (ut Lutherus l. de Vita conjugali loquitur) tam necessariae; quam sit edere, bibere, dormire. Immo studium bonorum operum tollunt, dicentes omnia opera hominis lapsi esse peccata, etsi credentibus non imputentur, negantes omne omnino bonorum operum meritum, quasi sola fides aestimetur & coronetur, cetera omnia liberrima neque praecipua amplius, neque prohibita sint, ut loquitur Lutherus in c. 2. ad Galat. Unde a Christo non avellit nos, juxta eundem Ep. 238. ad Melancthonem, peccatum, etiamsi millies mille, uno die fornicemur, & occidamus. Nimirum quia Christianus etiam volens non potest perdere salutem quantumcumque peccatis, nisi nolit credere; prout efficit l. de c. priv. Bab. l. c. de Baptismo. Ideoque Episc. cit. etiam ad peccandum adhortatur dicens: *Esse peccator, & pecca fortiter.* Et quidem articulum de fidei specialis sufficientia veluti praecipuum statuit in Glossa super Edicto Caesareo, addens Diabolum per suos porcinos doctores cum semper blasphemare, quem proinde vult tamquam Evangelista inconcussum debere permittere Imperatores Romanum, Turcicum, Tartaricum, Persicum, Papam, Cardinales, totumque mundum: & debere insuper habere ignem infernalem super capita sua, & nullam gratiarum actionem. *Hic est (subdit) mens Doctoris Lutheri instinctus a Spiritu sancto, verumq; ac sanctum Evangelium.* Quare consequenter ad hoc Pseudo-Evangelium

58. Impuritas qualis doctrinae Novatorum.

gelium Novatores poenitentiam, satisfactio- nis necessitatem, purgatorium tollunt, nullum peccatum habenti fidem specialem imputari asserunt, omnes eâ præditos esse prædestinatos, idque singulos debere firmiter credere docent, uti & hominem carere libero arbitrio, nec posse vias suas bonas facere vel malas, sed omnia inevitabili necessitate fieri. Deumque ab æterno sine demeriti consideratione hominem efficaciter æternis exitijs & ignibus destinasse, immo mala seu peccata Deo impellente fieri, ut præfatum damnandi propositum sub titulo justitiæ exequi valeat, ut *Calvinus* blasphematur. Quid hoc porro est aliud, quàm omnem Numinis divini timorem tollere, & maximam peccandi occasionem seu libertatē præbere: non minus, quàm atheismus, quo laborantes, plerumque saltem timore divinæ vindictæ non cœrent, ob dubium de falsitate suæ existimationis; quo tamen Novatores eximunt suos per certissimam persuasionem præmissam, quam volunt necessariam, & quidem sub larva quadam religionis, ac honoris Christi mediatoris, libertatisque novæ Legis. Itaque (ut verbis *Tertulliani* lib. de *Præscripte*. cap. 43. utar) libera sunt illis omnia & soluta.

59. Defectus, sanctis, et consequens.

Quid censendum de malis Catholicis.

60. Mores recentiorum Hæresiarum pestimi.

Hinc ubi veritas nulla est, merita & talis disciplina est, ut idem supra. Ideoque non cernitur in pervertis istis ea morum mutatio, quæ ex secleratis per assumptionem novæ sectæ fiant sancti & virtuosii; sed potius pejores; & qui à nobis recedunt, ideo id agunt, quia jam mali erant & impatientes Ecclesiasticæ disciplinæ, seu ut ibi liberius peccent & licentius vivant. Quod si inter Catholicos (uti contingit) mali non desint, est, quia Doctrinæ & exhortationibus Ecclesiæ in moribus se non cõformant; quod quidem non religioni ejulve regulis, sed prævæ deviantium voluntati adscribendum esse constat. Inter Novatores autem nullus est vel fuit, de quo, nisi ex ipsorum solorum testimonio absque alio signo fidem faciente, constet, quod sancti sint, aut per fidem eorum salutem sint adepti. Quæ igitur velania est reliquæ securitatis salutis viâ quæ in Ecclesia patens est, illorum gremio se condere, quorum vestigijs inhærendo neminem constat ad sanctitatem aut salutem pervenisse?

Quod si cui vitam, ne dicam cultorum, sed ipsorum præsentis reformationis auctorum inspicere lubeat, cernet *Lutherum* apostatam contemptis votis Monialium professam è Monasterio abductam sibi copulasse, & roties repetitis sacrilegijs assidue ei convixisse carnaliter, hominemque in computationibus assiduum, atque adeo libidini deditum fuisse, ut Nilum feminæ magis necessarium assereret, quàm edere, bibere, dormire, l. de *Vita conjugalis*; licitumque esse uti ancillâ, si uxor debitum recuaret, *Serm.*

de Matrimonio; hominem denique reperiet superbum, maledicum, ipsi diabolo familiarium fuisse, atque adeo maximè infamem. Vitam *Calvini* pessimis facinoribus plenam deserperunt. *Hieronymus Bolsæus* ejus olim discipulus, *Julius Brigerus* & alii. Superbiam & maledicentiam ejus scripta satis clamant. Specialiter de Sodomia & stigmatibus *Calvini* differentem vide *Lessium* in *appendice consultationis de Relig.* c. 3. Quis itaque prudens in animum inducat viros istos esse, per quos verum Evangelium, veluti tot sæculis sepultum, mundo nuper resplenduit? Illos ad hoc opus à Deo, contra stylum ordinarium missos esse? Magis autem, si doctrinæ impuritas, inconstantia, multiplici Antilogiæ utriusque Hæresiarum (quas ex *Calvino* ipsius verbis viginti quatuor collegit *Judocus Coccius*, ex *Luthero* similiter plurimas *Cochlaus*) confiderentur. Accedunt Novatorum fraudes & doli mali: quibus non solum falsò calumniantur Catholicos tamquam adoratores statuarum, lignorum, truncorum, saxorum, uti Ethnici adorant sua idola; item tamquam panicos seu panis adoratores, tamquam fiduciam non ponentes in Christi meritis &c.: sed etiam quos prohibent in alteratione Scripturarum & Patrum, quorum testimonia sive mutilando, sive addendo, sive aliter alterando detorquent; omisissis etiam claris testimonijs, obscuriora quædam corradunt, ut suæ doctrinæ favere existimentur. Vide *Lessium* in *Consul. de Relig.* Rat. 7.

Ad sanctitatem Ecclesiæ reduci potest efficacia doctrinæ. Lex enim Domini non solum immaculata, sed etiam convertens animas. Ea autem efficacia cernitur in conversione Gentium per Scripturam promissâ; quæ non solum antiquis temporibus, sed etiam recentioribus jugiter contingit per solam Romanam Ecclesiam Catholicam ejulque filios, & præsertim Monachos, ut *Benedictinos*, *Dominicanos*, *Franciscanos* &c. prout ad oculum patet discurrenti per singula sæcula. Et superiori sæculo, primò & potissimum per *Franciscanos*; dein per *Dominicanos*, ac denique per *Religiosos Societatis* conversus est novus orbis à Gentilitate ad Christianismum. Unde autem hæc tam mirabilis in animis Barbarorum mutatio, nisi à Spiritu sancto & verâ fide?

E contra quæ Gentium conversio ad sectam Novatorum? Hi nimirum seminato bono semine more diaboli veniunt, ut supereminet errorum zizania in medio tritici. Iste Hæreticorum fuit semper, estque hodie genius, jam olim à *Tertulliano* lib. de *Præscripte*. cap. 42. graphicè delineatus fuit, quæ ait: De verbi administratione quid dicam? Cum hoc sit negotium illis, non Ethnicos convertendi, sed nostros evertendi? hanc magis gloriam captans,

Consideratio inde sumpta.

Novatorum mali doli.

61. Efficacia doctrinæ Catholicæ in conversione Gentium.

62.

Quæ dicitur Novatoribus; quorum hæc in parte peritius describitur.

captant, si stantibus ruinam, non si jacentibus elevationem operentur: quoniam & ipsum opus eorum non de suo proprio edificio venit, sed de veritatis destructione. Nostra suffodunt, vestigia adificient. . . Ita fit, ut ruinam facilius operentur statum adificiorum, quam extructiones jacentium ruinorum. Quare rectè Augustinus l. 13. contra Faustum c. 12. applicat hæreticis illud Jerem. 17. ubi ipse legit: *Perdix congregavit, quæ non peperit, idemque in ijs locum habere pulchrè ostendit; cum è contra Catholica sit columba fecunda, quæ non cessat ipsa novos pullos parare & parere.*

63. Gloria miraculorum illustris Ecclesie nota.

Præterea ad sanctitatem redæci potest illustrissima Ecclesie nota, scilicet fulgor miraculorum, seu operum supra naturæ vires editorum, non solum in testimonium sanctitatis cultorum fidei Catholice (quam ex consequenti & indirectè etiam ipsa demonstrant) sed etiam directè in fidei nostræ confirmationem. Hæc enim in ipso Evangelio promissa Joan. 14. *Marcus etc.* sunt veluti sigilla summi Regis confirmantia veritatem eorum quibus adhibentur, quæque divina providentia non patitur fieri in testimonium falsitatis. In sola autem Ecclesia Catholica hæc sunt, usque hodie: de quibus ex consensu Patrum, gravissimorum omnis ævi Scriptorum, consensu totius Christianismi, etiam ante novas hæreses exortas, constat. Adfunt de ipsdem publica testimonia, præviâ summâ inquisitione probata, quantam vix aliquis nisi penitus informatus adhiberi crederet, Romæ præsertim, dum tractatur Sanctorum Canonizatio. Soli Novatores obstruant, omnem consequenter historiæ & publicam fidem denegantes. Neque ope demonum facta esse, sanctitas ipsa patrantium, qualitas operum, circumstantia temporis, publicitas loci, occasio quæ fiunt, effectus & stabilitas ac utilitas, strictum novorum (quæ frequenter contingunt) miraculorum examen evincunt. Deinde cur talem (si foret) illusionem non facit dæmon in tot alijs sectis falsis, ex quibus ei uberissimi proventus? Præterea dæmon fundamentum eis fidem denegandi queritur, nullum allegari potest, nisi sophistica petitio principii, quod scilicet sine contra Evangelium & confirmet idololatriam. Simili prætextu etiam Judæi calumniabantur miracula Christi, quem putabant docere contra veram Moyli doctrinam, Pagani miracula Martyrum, Ariani & similes pestes miracula Catholicorum.

64. Irrito conatu miracula ostenduntur.

Adde ipsos Novatores probè scientes, quantum efficaciam id conferat ad probandam veritatem doctrinæ, ardent inhiasse miraculorum patratiõnem, sed irritò conatu: Excepto, quod *Cædinus* (teste oculato *Balsco* c. 13. *Vita*) volens excitare ad vitam eum, qui se ejus suavis simulaverat mortuum, contrario successu, ex vivo

mortuum fecerit. Ut aptè de hujusmodi quadret illud *Tertulliani* l. de Præscrip. c. 30. *Volo & virtutes eorum proferre, nisi quod agnosco maximam virtutem eorum, quæ Apostolos in perversum emulantur. Ille enim de mortuis vivos faciebant, isti de vivis mortuos, etiam corporaliter faciunt.*

Hinc ulcus eos premit, ut cum ne simulata quidem miracula eis succedant, conentur evertere, sed frustra, firmissimum hunc Catholice Ecclesie murum. Hic enim murus ab æneis ad fidem nostræ ædificium solidat, ut sicut cernentes miracula Apostolorum de doctrinæ veritate prudenter fluctuare non poterant, sic neque fluctuare possint, qui sepositâ passione considerant ea quæ in Ecclesia Catholica fiunt.

Sedulo nihilominus invigilandum, pro-
ut Ecclesia invigilandum præscribit, ne fideis aut non satis fundatis miraculis verorum miraculorum gloria obscuretur apud infideles Novatores, instar porcorum inhiantes pomis putridis relicta sanorum corpora, dum relicta, quæ plurima sunt, indubitatis miraculis, nonnulla fortasse minus probata vellicare student; cum alioquin vel unicum fidei contra ipsos omni signo destitutos stabilendæ sufficiat.

Nec refert, quod etiam Antichristus sit facturum miracula, immo ea statuatur signum Antichristi 2. ad *Thessal.* 2. & *Apoc.* 13. Nam faciet quidem magna & mirabilia coram oculis hominum, sed non verum miracula, quæ superent dæmonis potestatem, quorum virtute faciet ignem de celo descendere, imaginem bestie loqui (ut significatur *Apoc.* 13.) sicut dæmones olim fecerunt loqui idola per assistentiam suam ea sic movendo, & sicut locuti sunt per ventrem pythionissarum, & diabolus per serpentem. Unde 2. ad *Thessal.* 2. dicitur: *Cujus est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, sive quia mendaciter & non verè sed per illusionem fient, quæ scilicet superarent virtutem dæmonum; sive quia ipsi vera erunt in ratione operis, falsa tamen in ratione miraculi. Quid hæc ad propositum nostrum? Anne propter adulterinos nummos spernendi legitimi? An quia nonnullæ sunt adulteratæ principum litteræ, etiam vera diplomata & sigilla sperni queunt?*

Non refert etiam, quod legatur de *Vespasiano* idolorum cultore, eum cæco lumine, claudum gressum reddidisse. Nam facile id solvitur ex *Tacito* l. 4. *Hist.* referente Medicos illius temporis respondisse, cæcum illum non laborasse cæcitate verâ, neque claudum claudicatione incurabili; ut proinde dæmonis virtutem opus istud non superaverit. Immo juxta *Tertullianum Apologet.* cap. 22. credibile est totum morbum fuisse à diabolo, qui oculo unius, & tibiæ

65. Idcirco ad oppugnandum se conuertunt.

Examinanda sunt rigorè.

Genius Novatorum.

Unicum miraculum omnes convellit.

66.

Solvitur obiectio vulgò desumpta ex miraculis Antichristi.

67.

An vel qui Vespasianus cæcum illum claudum restituerit.

& tibi alterius insidens impediebat eorum membrorum usum, idque eo fine, ut videretur sanare, quando desinebat nocere.

Quam necessaria porro fuerint Novatoribus, veluti vocatione ordinaria destitutis, Miracula, quibus extraordinariam vocationem, mundo testatam facerent, patebit ex dicendis §. VI.

68.

Lumen prophetium in sola Catholica reperitur.

Gloria miraculorum accedit lumen propheticum, quo futura & alieni cordis arcana multis Ecclesie Catholice filijs ac sanctis viris patefacta sunt; ut de Gregorio Thaumaturgo, Antonio, Benedicto, Malachia, Bernardo, Francisco, & alijs innumeris ex scriptis Patrum & Historijs est manifestum. Nil tale apud Hæreticos reperitur. Quin potius, dum prophetie spiritum vendicare sibi voluerunt, in mendacijs & falsitatibus deprehensi sunt. Vide Cochleum de actis Lutheri Anno 1525. & 1533. ubi refert falsas prophetias Lutheri, Munceri & aliorum. Vide etiam Tannerum *disp.* 1. q. 2. dub. 4. n. 80. & seqq.

§. V.

Tertia Ecclesie Nota, quod sit re & nomine Catholica.

69.

Vera Ecclesia quo sensu sit Catholica.

Catholica dicitur Ecclesia in Symbolo Apostolorum & Constantinopolitano, id est, universalis, ut vocatur in Concilio Lateranensi, & refertur c. Firmiter de Summa Trinitate. In hoc autem quod universalis dicitur, etiam tacite ipsa unitas, de qua jam à nobis actum est, involvitur; cum universale sit unum versus multa. Ideoque Augustinus Epist. 50. in princip. de Sectarijs agens ait: Quia se ab Ecclesia Catholica, hoc est, ab unitate omnium Gentium diverserunt. Et Pacianus Epist. 1. ad Sympronianum, Catholicum vocat, quod ubique unum est. Præterea & principaliter denotat istius unitatis generalitatem seu diffusionem; quæ potest spectari, quoad loca, gentes, & tempora. Et omnibus his modis Ecclesia nostra, eaque sola Catholica est. Diffusio Ecclesie quoad omnia tempora, si quidem sermo sit de temporibus præteritis ab ejus per Christum facta institutione, coïncidit cum ejus antiquitate; de qua postea. Si de temporibus futuris, coïncidit cum ejusdem usque ad finem mundi stabilitate, de qua in superioribus actum est. Porro summum autem in notione Catholica spectatur ejus diffusio ad omnes gentes & loca. Unde Pacianus supra Catholicum vocat, quod ubique unum est. Et Augustinus l. de Unitate. Eccles. cap. 18. definit Catholicam, quæ est incipiens à Hierusalem, & per alias gentes cretens, donec omnes occupet, usque ad finem sæculi. Et 4. contra Lit., Petilian. c. 38. alle-

gatis verbis Christi Act. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Judea, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. subdit: Ecce unde Catholica nominatur. Et Epist. 170. Ipsa est enim Ecclesia Catholica. Unde uocabitur Græcè appellatur, quod per unum terrarum orbem diffunditur. Et Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 18. post med. Catholica vocatur, quia per universum sit orbem terrarum diffusa, à sinibus terræ usque ad extrema. Et Vincentius Lyrensis in Commonitorio cap. 3. universitatem locorum, temporum & personarum conjungens ait: Id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est: hoc est etenim verè propriè, Catholicum, quod ipsa vis nominis ratioq; declarat.

Et ex hac nota in ipsis Scripturis decantata toties contra Donatistas arguit Augustinus, apud ipsos non esse Christi Ecclesiam, quæ per omnes Gentes juxta Scripturam debet diffundi, & implere universam terram. Ea porro est Ecclesia nostra, quæ omnem terram, etiam solum orbem penetravit: cum singule hæreses in certis locis ac regionibus natae emoriantur absque eo, quod orbem pervagentur; ut de antiquis sectis est nimis manifestum. De Donatistis specialiter Augustinus l. 2. contra Lit., Petilian. c. 104. ait: Certum signum hoc habet, Ecclesia, quod abscondi non potest. Nota est ergo omnibus Gentibus. Pars autem Donati ignota est pluribus Gentibus; non est ergo ipsa. Et lib. 3. contra Cresconium c. 67. Ubi que est illa, de qua exierunt, qui esse ubique minime potuerunt &c. alii hoc loco, alii alias variarum præsumptionum vel potius amputationum proprias particulas ostendentes. Et lib. 4. cap. 60. Ostendunt . . . sua communionis quasque regiones, ecce hic, ecce illic. Ubi enim cadunt, ibi remanent, & ubi separantur, ibi arescunt. Unde ipsa, de qua præciduntur, etiam in eas terras extenditur, ubi jacent illa quaque in sua regione fragmenta: in illa verò singula, quoadunque ipsa distenduntur, non sunt. Et Serm. 131. de temp. diversorum Hæreticorum Ecclesia ideo Catholica non dicitur, quia per loca atque per suas quasque provincias continentur: Hac verò ab ortu solis usque ad occasum unius fidei splendore diffunditur.

Idem porro est de nostris Novatoribus, quorum varæ sectæ dissectæ varias regiones infecerunt, nulla tamen Africam, Ægyptum, Asiam, Italiam, Hispaniam, Americam occupavit. A trunco Ecclesie, à vite radicitus sunt evulli, ipsa arbore & vite in sua integritate manente. Non Ecclesia nostra schisma ab alia aliqua notabili congregazione fecit, sed postquam ex parvis incipit tempore Apostolorum incrementa suscepit, crevit semper, crecetque usque ad messem. Quovis sæculo, & in omni quasi orbis parte hæreses non defuerunt; sed velut particule & rami ab arbore abscissi aruerunt. Ubi que quidem hæreses sunt

70.

Inde Patres explodunt Hæreticorum conventicula.

71.

Et similiter exploduntur Novatorum strotram nagoga.

sunt aut fuerunt, sed diversae, ubique Ecclesiae est, sed una & eadem, ut notavit Augustinus lib. de Pastor. c. 8. Si autem Haeretici diversarum Haeresium diffusione & multitudine gloriarī velint, inauiter sanè gloriantur: cum illae non faciant unum corpus, sed multitudinem, & si conglobarentur, monstrum horrendum ex multis falsitatibus invicem repugnantibus coalescens. Unde apparet (inquit Aug. l. 4. contra Crescon. c. 61.) quae sit arbor, ramos suos per universam terram copia ubertatis extendens; & qui sunt rami fracti, non habentes vitam radicis, atque in suis quique latentes & crescentes locis.

72. Nomen Catholica olim & modo proprium soli verae Ecclesiae, cuius signum.

Hinc etiam fit, quòd sola Ecclesia nostra semper obtinuerit, atque etiamquam obtineat in universo orbe titulum & nomen Catholicae; ulque adeò ut quamvis Lutherani; Calvinistae, Gummaristae, Arminiani & similes ex putris Romanae Ecclesiae dentibus nuper nati, & mutis vulneribus concidentēs, splendorem huius nominis affectent, si quis tamen historicus scribens, aut in circulis referens, Catholicos haec vel illa perpetrasse memoraret, nemo alios quàm Romanae Ecclesiae aggregatos intelligeret. Unde Augustinus lib. contra Epist. Fundam. c. 4. ait: Tenet postremò me in gremio Ecclesiae ipsum Catholica nomen, quod non sine causa inter tam multas haereses sic ista sola obtinuit, ut cum omnes haeretici se Catholicos dici velint, quaerent eam peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniantur, nullus haeticorum vel Basilicam suam vel domum audeat ostendere. Nam (ut idem ait lib. de vera Relig. c. 7.) velint nolintve, ipsi quoque haeretici & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil aliud quàm Catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur. Et Cyrillus Catech. 18. Non petas (inquit) ubi sit Dominus, seu domus Domini: nam etiam haeretici suas speluncas domum Domini nominari volunt: nec petas, ubi sit Ecclesia; sed, ubi Catholica Ecclesia. Hoc enim nomen proprium est huius sanctae Ecclesiae matris omnium nostrum.

73. Occurritur objectioni.

Sensus igitur & consensus adeò inveteratus orbis stat pro Ecclesia subiecta Sedi Petri, quòd ipsa uti nominatur, sic sit Catholica, atque adeò vera Christi Ecclesia. Dum autem nonnulli Novatores objiciunt, Ecclesiam sic non vocatam temporibus Apostolorum, ostendunt se imitatores Novatorum, quorum nomine sic sibi objicit Pacianus Epist. 1. ad Sympronianum: Sed sub Apostolis, inquit, nemo Catholicus vocabatur. Fallum autem est, quod objicitur: nam in ipso Symbolo Apostolorum habetur: Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam. Deinde Esto (inquit Pacianus) sic fuerit. Cum post Apostolos haereses existerent, diversis, nominibus

colubam Dei atque reginam lacerare per patres & scandere niterentur, cognomen suum plebi Apostolica postulabat, quo incorrupti populi distinguerent unitatem. Et infra: Ego forte ingressus populosam urbem hodie, cum Marcionitas & ceteros ejusmodi comperissem, qui se Christianos vocarent; quo cognomine congregationem mea plebis agnoscerem, nisi Catholica diceretur?

Sicut autem nomen hoc, quod totius orbis antiquissimo usu nobis adhæret, signum est veritatis, sic ceterarum sectarum nomina, quae ab earum auctoribus eis adhærent, signa sunt novitatis & falsitatis. Adeò ut audeat & dicat Hieronymus dialog. contra Luciferiano. in fine. Sicubi audivis eos, qui dicuntur Christiani, non à Christo, sed ab alio quopiam nuncupari, puta Marcionitas, Valentinos, Montenses &c. (adde Lutheranos, Calvinistas, Zuingianos, Mennonistas &c.) Scito non esse Ecclesiam Christi, sed Anti-Christi esse synagogam. Ex hoc enim ipso, quod postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos Apostolus futuros esse praeannuntiavit. Et Athanasius Orat. 2. contra Arianos in princ. A Christo Christiani & sumus & nuncupamur. Illi verò qui aliunde originem suae fidei deducunt, merito auctoritatem suorum cognomena pra se ferunt. Vincentius Lyrinensis c. 34. Quae haeresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliverit? Confamilia habent alii haeretici.

74. Nomina haeticorum signa novitatis & falsitatis juxta Patres.

Conantur quidem haeretici Catholicis impingere alia nomina; prout Arianos eos vocabant Homousianos, vel Athanasianos, Pelagiani Traducianos &c; sed (inquit Augustinus lib. 1. Operis imperf. contra Julian. cap. 75.) Athanasianos Arianos Catholicos vocant, non & alii haeretici. Vos autem non solum à Catholicis, sed etiam ab haeticis vobis similibus & vobis dissentientibus Pelagiani (Gummaristae, Calvinistae, Lutherani &c.) Vocamini, quemadmodum non tantum à Catholicis, sed etiam ab haeticis vocantur Arianos. Vos v. d. soli nos appellatis Traducianos, sicut illi Homousianos, sicut Donatista Macarianos, sicut Manichaei Pharisaeos, & ceteri haeretici diversis nominibus. Sicut denique (si De nomine Papiistica. Loco placet) studio subtrahedi Ecclesiae nostrae nomen inveteratum Catholicae, per invidiam nos vocant Calvinistae hodie Papiastas seu Pontificios. Quod tamen non hominem aliquem nostrae congregationis auctorem vel Novatorem significat, estque non particulare alicujus vel schismatis, sed universitatis indicium. Neque probrosum est nobis (quidquid frustra intenderint haeretici) ut sicut ab ipso capite Christiani, ab universitate Ecclesiae Catholici, sic ab universalis Ecclesiae visibili capite & Christi Vicario dicamur Pontificii. Solent etiam invidiam nobis affricare ex nomine Romana. Verum hoc nomine, prout coincidit cum Catholica, non significatur Ecclesia

75. Conatus haeticorum antiquorum ac recentiorum contra nomen Catholicae praerogativam.

De nomine Papiistica.

Et Romana Ecclesia.

clesia particularis Romanâ Diœcesi, cui Pontifex tamquam spiritualis Episcopus præest, constituta ac diffusa Ecclesia, quæ Romanæ Urbis Episcopo tamquam universali Pastori & Patrum Patri paret, ac communionem cum eo habet; cujus quidem Ecclesiæ Romanæ sic acceptæ, Ecclesia particularis Romana est parva, et si singulariter excellens, particula.

V I.

Quarta Ecclesia Nota, quod sit Apostolica.

76.
Ecclesia vera est Apostolica.
Primò
Ratione
Cathedræ
Romanae.

Ecclesia Romano Pontifici obediens est vereque dicitur Apostolica. Primò ratione Cathedræ S. Petri seu Sedis Romanæ, quæ antonomasticè vocatur etiam apud Augustinum & alios Veteres Apostolica, quia videlicet in Romana Ecclesia semper Apostolica Cathedra viguit principatus, ut loquitur Augustinus, Epist. 162. Sicut & Pontifex Romanus jam olim vocabatur Dominus Apostolicus. Hujus porrò Sedis Apostolicæ fidem Ecclesia nostra servat, doctrinam prædicat, & ab ea ceteri Ecclesiæ ministri auctoritatem recipiunt. De Communione cum hac Sede, qualiter ad Ecclesiam sit necessaria, agendo de eisdem Unitate dictum est.

77.
Secundò
Ratione
Successionis.

Qua est
apertissima
nota coincidens cum
Antiquitate.

Secundò Ecclesia dicitur Apostolica, quia à Christo inchoata, per Apostolos propagata & perfecta, eadem perpetuà quâdam successione perseverat atque ad eam usque ad finem sæculi juxta promissiones Christi perseverabit. Itaque hæc manifestissima veræ Ecclesiæ Nota. De qua Hieronymus dialog. contra Luciferianos in fine rectissime dixit: *Brevem tibi aperiam, quæ me sententiam proferam, in illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata usque ad diem hanc durat.* Quare in hac infallibili veræ Ecclesiæ Nota continetur illa, quæ ab alijs statuitur antiquitas, certissima similiter Ecclesiæ, utique à Christi institutione permanentis, Nota; quæ ad eam aperte deficit Novatoribus, ut per decem eoque amplius sæcula delitescens & toti mundo invisibile cogantur asserere, hoc est, fingere. Quod refutavimus quasi 3.

78.
Qualis debeat esse successio, ut Ecclesia sit Apostolica.

Porro ut Ecclesia aliqua præiens sit Apostolica (ut præfertur) necessariò requiritur perpetua ministrorum in eadem successio, præsertim Episcoporum, quorum est, semperque fuit regere Ecclesiam Dei. Si enim catena successionis alicubi frangatur, impossibile est subsequenti tempore remanere legitimos Episcopos & Ministros. Unde enim subsequentes ordinationem & potestatem accipient? non ab homine alio: non à seipsis. Requiritur ergo, ut sicut in Christum tamquam originem & radicem

referri debet, sic ab eo per jugem successionem fluat. Unde Tertullianus lib. de Præscript. c. 32: *Si quæ Ecclesia audeant interferre se avari Apostolica, ut adeo videantur Apostolica, quia sub Apostolis fuerunt. possimus dicere: Edant ergo origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverint, habuerit auctorem, & antecessorem: hoc enim modo Ecclesia Apostolica census suos deserunt.*

Quod argumentum etiam alii Patres velut evidentiſſimè omnes Novatores convincens adhibuerunt, successionem potissimum probantem Ecclesiæ Romanæ, velut principalis & evidentiſſimæ. Id quod nunc à fortiori nobis agendum, quando in ceteris Ecclesijs Apostolicis dudum deficiente successione constat eam illorū contra omnes impetus hostiles post tot annorum ceterias in Sede Apostolica perdurasse. Sic Irenæus l. 3. c. 3. ait: *Sed quoniam valde longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maxima, & antiquissima, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata, & constituta Ecclesia, eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo est. præterquam oportet, colligunt.* Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiores principatū esse omnem convenire Ecclesiam &c. Hæc ordinatione & successione, ea quæ est ab Apostolis in Ecclesia tradita pervenit usque ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, unam & eandem vivificatricem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis usque nunc sit conservata & tradita in veritate. Quare omnes Episcopos Romanos à Petro usque ad Eleutherium tunc sedentem enumerat, uti & Optatus l. 2. contra Parmenianum recenset omnes usque ad Sincium Papatunc sedentem, inde ostendens apud Donatistas successionem istā carentes non esse Ecclesiam: *Vos (inquit) vestra Cathedra originem ostendite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare.* Eodem fere Augustinus Epist. 85. omnes usque ad Athanasium tunc sedentem enumerat: & in Psalmo contra Partem Donati urget: *Numerate Sacerdotes vel ab ipsa Sede Petri, & in Ordine illo Patrum, qui, cui successit, videte.* Et Lib. contra Epist. Fundam. cap. 4. *Tenet me, in Ecclesia ab ipsa Sede Petri, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum.* Epiphanius Hæresi 27. recensitis accuratè Romanis Pontificibus invicem succedentibus, subdit: *Et ne quis miretur, quod singulari ita exactè recensemus: per hæc enim semper claritas ostenditur.*

79.
Successionem Ecclesiæ Romanæ principalitè urserunt Patres.

Ex

80. Ex hac successione fit, ut quilibet Episcopus Romanæ Ecclesiæ suam ordinationem facillimè deducat ad Apostolos ipsique Christum tanquam primum & summum Pontificem; immo & quilibet Sacerdos: singuli nempe ad suos ordinatorum, & hi ad suos, & sic consequenter donec perveniat ad ipsum Christum.

Secundò fit, ut quilibet legitima potestas jurisdictionis, vocatioque ad prædicandum, & solvendum, novas Ecclesias fundandum &c. similiter ad fontem omnis potestatis Christum reducat, qui Ecclesiæ ipsique visibili capiti potestatem perpetuè concessit, unde in Episcopos, hisque mandantibus in Parochos ordinaria, in aliquos etiam ab iisdem, aut ab ipso Pontifice delegata descendit. Quæ potestas five ordinaria five delegata spectat ad vocationem, quæ dicitur ordinaria, ministrorum Ecclesiæ, prout distinguitur contra extraordinariam, quæ v.g. à Christo alicui concederetur immediatè, & non per istam viam seu canalem ordinariam. Ipsi nimirum Christo data est potestas omnis, qui illam dedit Apostolis *Matth. 28.* & manet etiam his mortuis usque ad consummationem sæculi, quatenus scilicet ipsa manet cum sublequentibus rivulis ab ipso fonte per successione & ordinariam vocationem derivatis, qui origine unum sunt. Nam (ut *Cyprianus l. de Unitat. Ecclesiæ paulo post int.*) cum de fonte uno rivus plerumque defluunt, numerofius licet diffusa videatur exandans copia largitate, unitas tamen servatur in origine.

81. Edant nunc Hæretici nostri Origines Ecclesiarum suarum, ut utar verbis *Tertulliani de Praescript. c. 32.* Nam (ut ait *cap. 20.*) omne genus ad originem suam censatur necesse est. Exhibe ergo (ut idem ait *l. 1. adversus Marcionem c. 21.*) Calvine, Lutheri, &c. aliquem ex tuis Apostolicis censuris, & obnoxeris, five conviceris. Sed non est periculum: Nam habet planè & illud, (Evangelium Marcionis; adde Lutheri, Calvini, &c.) Ecclesiæ, sed suas, tam posteras, quam aduertas: quarum si censuram requiras, facilius apostatam invenias, quam Apostolicum, Marcionis scilicet (Luthero, Calvino &c.) conditorum, vel aliquo de Marcionis (Lutheri, Calvini &c.) examine, inquit idem *l. 4. adversus Marcionem cap. 5.*

82. Evolvant Novatores ordinem Episcoporum suorum, ut idem de *Praescript. c. 32.* Sanè luce clariùs apud eos deficit successio continuata Episcoporum: Immo in eorum Synagogis non sunt ulli ordinati Episcopi aut Sacerdotes, nisi fortè aliquis Episcopus aut Sacerdos transfuga; qui tamen apud Mos non exerceat actus ordinationis, utpote quam rejiciunt. In quo secundum hominem loquendo stupidiore fuerit antiquis hæreticis, qui conati sunt habere aliquos ordinatione Episcopos & Sacerdotes. Porro non *Herincx Sum, Theol. Pars III.*

est Ecclesiæ vera sine Episcopis; & sine Episcopis dari non possunt sacerdotes, utpote per solos verè ordinatorum Episcopos creandi.

Ut proinde ridiculum sit, quòd *Lutherus* jactetur Episcopus *Wirtembergensis*, *Zuinglius* *Tigurinus*, *Calvinus* *Genevensis*, *Oecolampadius* (ut ejus Epitaphio inscriptum) primus *Basileensis* Episcopus. Nam (ut optimè *Cyprianus l. de Unit. Ecclesiæ paulo ante med.*) *Hi sunt, qui se ulero apud temerarios convenas sine divina dispositione proficiunt: qui se Praepositos sine ulla ordinationis lege constituunt: qui nemine Episcoporum dante Episcopi sibi nomen assumunt &c.* Quare *Novatianus* (inquit *l. 1. Ep. 6.*) adde *Lutherus*, *Calvinus* &c. in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Evangelicæ & Apostolicæ traditione contempta, nemini succedens, à se ipso ordinatus est. Veri nimirum Episcopi ab aliis communionis Catholice Episcopis juxta perpetuam Ecclesiæ traditionem ordinandi sunt. Et per hos solos ordinandi sunt Presbyteri. Unde *Isyras* ordinatus Presbyter à *Colytho* quodam, non vero, sed imaginario Episcopo, cum ceteris ab eodem ordinatis in veterem ordinem est redactus ab *Olio* & ceteris Episcopis in Concilio generali, ipseque *Colythus* in pristinum ordinem presbyterorum relegatus, teste *Athanasio Apolog. 2.* Nam quomodo possibile erat Presbyterum constituere non habentem manuum impositionem ad eligendum? inquit *Epiphanius adversus hæresim Arianam*, quæ est apud ipsum *Hæresis 75.* Quare defectu verorum Sacerdotum apud Novatores non potest esse Ecclesia: Nam (ut *Hieronymus Dialog. contra Luciferianos versus finem*) cum homine pariter interit & secta, quia post se nullum clericum *Diaconus* potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotem. Et *Cyprianus Epist. ad Florentinum in fine*: Illi sunt (inquit) Ecclesiæ plebs Sacerdotum aduata, & Pastors suo grege adherens.

83. Præterea in Sectis Novatorum recentiorum aperte deficiunt legitimi Episcopi, eorumque successio, ex eo capite, quòd non acceperint Cathedras vacantes, sed sacrilegè invalerint ab aliis legitime occupatas. Debet igitur, priusquam fieri possit legitima successio, five per mortem, five per legitimam depositionem, vacare locus: quo occupato quisquis jam Episcopus fieri voluerit, fors fit necesse est, inquit *Cyprianus l. 4. Epist. 2. aliàs 52.* Nam (ut idem interrogat *l. 1. Epist. 6. aliàs 76.*) Pastor habere quomodo potest, qui manente vero Pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succidantæ presidente, nemini succedens, & à se ipso incipiens, alienus sit & profanus Dominice pacis, ac divina unitatis inimicus? Et *Opiatus lib. 1. contra Parmenian.* Videndum (inquit) est, quis in radice cum toto orbe manserit, quis fors exierit, quis Cathedram sederit alienam qua ante

82. Hæreticis recentioribus nomen Episcopi quam in episcopis tribuitur.

83. Ex quo insuper capite defuit Novatoribus legitimi Episcopi & successio.

non fuerat, quis altare contra alias: erexerit, quis ordinationem fecerit, salvo altero ordinato.

84.
Eisdem deesse Vocationem ordinariam ostenditur.

Deest insuper manifestè Novatoribus successio quoad legitimam potestatem jurisdictionis, & ea, quæ vocationem concernunt, necessariam utique ad prædicandum; præsertim novam fidem, ei quæ dudum in possessione fuerat, contrariam; ad novas congregationes fundandum, veteribus possessoribus expulsi &c. Nam, velint, nolint, recurrere coguntur ad Ecclesiam Romanam, à qua sola utique poterant eorum parentem potestatem Ecclesiasticam accepisse: cum si hodierni velint ascendere, in Calvino, Luthero, similibusque parentibus necessariò sistere debeant; tota autem potestas horum, quæcumque fingi possit, non nisi ad Ecclesiam Romanam, quæ sola erat, recurrendo defendi possit. Hinc, autem convincuntur Novatores fateri, Ecclesiam Romanam tunc adhuc fuisse veram Christi Ecclesiam; utpote in qua sola est, seu cui soli concessa est à Christo auctoritas Ecclesiastici ministerii, id est, erigendi & formandi Ecclesias, mittendi operarios in vineam Christi &c. Deinde convincuntur vocatione caruisse: Nam Ecclesia Romana nusquam concessit Calvino vel Luthero tam exorbitantem potestatem, seu missionem ad erigendas Ecclesias, alias reformandas, destruendas, munia pastoralia, expulsi possessoribus, obeunda. Tota facultas, quæ Luthero v.g. unquam competit, fuit delegata, dependens, ad nutum revocabilis, & per Decreta ac Sententias Ecclesiæ revocata facultas, doctrinam Ecclesiæ, eum mittentis, prædicandi: ultra quam, habuit potestatem ordinis ad dicendam missam & ministrandam poenitentiam; etsi ad hanc etiam requiratur jurisdictio, à Luthero, si eam aliquando habuit, ablata. Quod enim Ecclesia gratuito dedit, auferre potuit, meritoque abstulit. In qua igitur potestate fecit Lutherus cum sui similibus ea quæ attentavit? Simili planè, quæ privatus quispiam delegatus ad audiendum aliquos testes, mox totam iudiciorum potestatem ingaderet, iudices reclamantes tribunali pelleret prætextu perverfi iudicii, & ad scelus violentiæ palliandum adferret potestatem ab iis ipsis acceptam.

85.
Effugia eorum occiduntur.

Illegitima igitur protoparentum istorum, & consequenter iis succedentium vocationis, & perverfa usurpatio potestatis; nequidquam eos justificante, quod asserunt (sed falsissimum est) se prædicare veritatem: nam & hanc non vocati neque missi prædicantes, sacrilegi sunt potestatis non suæ usurpatores. Neque is qui prædicat, sed qui ad prædicandum misit de qualitate prædicationis iudex esse debet, ne quisque sit iudex in propria causa, maxime cum quisque alii Hæretici, invicem contrarii, vendita-

verint se præcones veritatis, suum iudicium Ecclesiæ præferendo, qui non minus damnati sunt.

Humanus quoque & infandus timor subversionis Ecclesiæ per scandala & hæreses non excusat defectum debite vocationis: Deus enim sic fundavit Ecclesiam, ut etiam servato debito ordine (qui & tempore Apostolorum accuratè servatus) non sint portæ inferi prævalituræ adversus eam. Nulla quoque alia causa vel incommodum potest excusare: Oportuerat quidem etiam pati omnia pro eo, ne scinderetur Ecclesia Dei; inquit Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 5. Hist. c. 35. Cui consonans Augustinus l. 2. contra Epist. Parmeniani c. 11. ait, non esse quæquam gravius sacrilegio schismatis: quia precipienda unitatis nulla est iusta necessitas.

Vocatio extraordinaria, quæ scilicet per ipsum Deum seu Christum fit, nemine interjecto, nullo iudicio convenit iisdem Hæresum antesignanis. Hæc enim deberet ab iis ostendi sigillo & patentibus summi Regis, puta miraculis; prout fecere Christus & Apostoli. Unde si (inquit Christus Joan. 15.) opera non fecisset in eis, quæ nemo alius fecit; peccatum non haberent. Et cap. 5. Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater, misit me. Ejusmodi opera etiam fecerunt ceteri viri Apostolici, qui Evangelium alibi plantarunt; quod & in Toti Orbis Apostolis liquet; qui tamen vocatione ordinariâ præditi fuerunt. Quædò igitur magis in istis Pseudo-Apostolis requisita fuerant, non existentem in orbe fidem annuntiantibus? Unde Pacianus Epist. 3. contra Novatian. ait: Novatianus lingua locutus est? Prophetavit? suscitare mortuos potuit? horum enim aliquid habere debuerat, ut Evangelium novi juris induceret.

Iustè sanè peteretur & petitur à volentibus occupare magistratus civilis officium, ut litteras Principis proferant, aliàs habendi læsæ Majestatis rei: an non igitur æquâ aut potiori ratione exigitur à prætendentibus tam extraordinariam Missionem & Commissionem in Ecclesia Christi, ut patentes sigillo Dei munias proferant, ut in vasi sacerdotii & violati ministerii, ac læsæ Majestatis Christi rei convincantur? Eò magis, quòd missio non foret solum extraordinaria, qualis olim Prophetarum etiam non sacerdotum (qui nihilominus signa suæ missionis proferrè debebant, ut eis populus tamquam Prophetis deferret) quæ erat velut collateralis & subsidiaria vocationis ordinariæ in veteri lege, in qua hæc competebar sacerdotibus descendentibus ab Aaron: verum ipsa præsentia missio foret sic nova, ut esset quasi fundamentalis (qualem numquam Prophetæ prætenderunt) utpote everfiva prioris

86.
Deesse quoque Extraordinariam Vocationem declaratur.

Confirmatur.

prioris ministerii, & inversiva Ecclesiastica potestatis, destructa praecedenti, ejusque possessoribus expulsi, adeoque constituta nova Ecclesia factus, novique ceteris, quem singuli Pseudo-Apostoli venditant tamquam Ecclesiam Dei vivi seu Christi. Unde velut e Teaturigine rursus flueret vocatio ordinaria ministrorum, qui usque nunc iis succedunt.

87. Miraculis probata vocatio Extraordinaria iudicio ipsius Lutheri.

Audi iudicium ipsius Lutheri contra novum sibi similem Apostolum, simili, hoc est, nulla auctoritate, instar fungi emergentis, adeoque contra semetipsum loquentis: *Accersat* (inquit *Tomo 2. Oper. Gerolena editorum Fol. 455. & seq.*) *cum ad se venisset, etiam praesente omni populo, si fieri potest, & queratur ex eo, quis cum hoc miserit atque vocaverit ad docendum? Quid si tum dicat, se a Deo atque ipsius spiritu missum esse sicut Apostoli, probet hoc signis & miraculis editis, vel nolite pati, ut concinetur. Nam ubicumque Deus ordinariam viam mutare vult, ibi semper miracula facit.*

Extraordinaria dona, aut extraordinarii & heroici impetus, quae alii adferunt, minime ad praedicta sufficiunt, ut patet. Immo nequidem in terrena republica, etiam Genevensi, quis auderet praetextu extraordinariae legum peritiae, extraordinarii & heroici impetus expulsi e sede iudicibus invadere tribunalia. Haec quoque extraordinaria aequè praetendunt singuli Sectarii, etsi invicem adversantes. Et quidem verè extraordinarii fuerunt eorum impetus ad Ecclesiam & regna turbanda; ut experientia, pro dolor! nimis docuit in Gallia, Belgio & Germania.

88. Conclusio: tur eos esse sacrilegos invalores Ecclesiastici Ministerii.

Quid igitur restat, quam omnes hujusmodi Novatores esse instar Core, Dathan & Abiron, sacrilegos Ecclesiastici ministerii invalores, omni missione seu vocatione destitutos? Quibus proinde merito ingeruntur haec loca Scripturae: *Quomodo praedicabunt, Ecclesias fundabunt, priores evertent &c. nisi mittantur? Rom. 10. Nemo sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron, Hebr. 5. Qui non intrat per ostium, sed aliunde, ille fur est & latro. Joan. 10. Omnes qui quocumque venerunt, à seipsis scilicet, fures sunt & latrones. Ibi item, Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non roquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Hierem. 23. Ad quos proinde (ut utar aureis verbis*

Aurea Tertulliani verba.

Tertulliani l. de Script. c. 37.) merito dicendum est: Qui estis? quando & unde venistis? quid in meo agitis non mei? quo denique Marcion, Luthere, iure sylvam meam cadis? quâ licentiâ Valentini, Calixti, fontes meos transvertis? quâ potestate Apelles, Menno, &c. limites meos commoves? mea est possessio. Quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminat & pascat? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab ipsis auctoribus, quorum sunt res. Ego sum heres Apostolorum. Confimilibus verbis in Hermox Sum. Theol. Pars III.

seatur Marcionem lib. 4. advers. eundem c. 23. *Quisquis es & unde venis, id est, super-ventit, prius ede, qui sis, à quo venias, quod tibi jus sit in nobis... quam olim apud nos agere cepisti... Assinus de Esopi puteo modo huc apparuit, & jam exclamat.*

Ex quibus praesertim prius allegatis Tertulliani verbis rursus elicitur hoc efficax argumentum. Novatores Ecclesiam nostram proprio ipsorum testimonio antiquissimam & multorum saeculorum possessione firmatam, ejus se reformatores venditantes perturbant: ergo ante omnia causam adventus sui claram reddere, errores Romanae Ecclesiae evidenter patefaciendo debuerant: alioquin enim ipsis, utpote in hac causa actoribus, in probatione deficientibus seu non satis clarè probantibus nostrorum dogmatum novitatem, falsitatem, blasphemias &c. absolvendus est reus, juxta regulam naturae & juris. Et quidem cum sibi delegerint Scripturam velut unicum suae reformationis normam, id ipsum ex Scripturis consequenter foret eis probandum. Sed lubenter etiam libertatem concedimus probandi ex Veterum monumentis; ex quibus id esset factum facillimum, si verum. Ut nos inde ad oculum probamus dogmata nostra, & Novatorum dogmata, velut eis capitaliter adversa (quod ipsimet in variis fatentur vel inviti) convellimus. Hoc autem nondum praestare potuerunt ipsi, ne quidem circa unicum articulum. Ut proinde rectissime desinant querere, quod invenire non poterunt, non quia occultum est, sed quia non est, inquit Augustinus l. de Unitat. Ecclesiae c. 16. Nil igitur restat, nisi quod tamquam perduelles & sacrilegi invalores sint condemnandi, & Ecclesia absolvenda, ac in pristina possessione relinquenda.

89. Ex quibus autem efficacius argumentum elicitur.

Praeter successionem personarum est etiam ad Ecclesiam, quae Apostolicam, spectans perpetua successio doctrinae, quae consistit in continuata ejusdem doctrinae praedicatione; & per praedicationem in auditores diffusionem sive in eam, quod doctrina Apostolorum de manu ad manum sit tradita succedentibus Ecclesiae Pastoribus, & per illos plebi, sine ulla interruptione aut innovatione. Quam etiam successionem & continuam doctrinae traditionem, utique necessariam ad indefectibilem Ecclesiae stabilitatem, urget Irenaeus l. 3. c. 2. & 3. Et Augustinus Tract. 37. in Joan. Nos (inquit) id est, Catholica fides veniens de doctrina Apostolorum, plantata in nobis, per seriem successionis accepta, sana ad posterum transmittenda. De eadem contra Pelagianos agens l. 2. contra Julian. c. 10. *Quod invenerunt (inquit) Patres ab ipso antea relati, in Ecclesia tenuerunt; quae didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filii tradiderunt. Et Athanasius l. de Decretis Nicaenae Synodi versus finem ait. Ecce nos demonstramus, istiusmodi sententiam à Patribus ad*

90. Successionem personarum accedit successio doctrinae ad Ecclesiam Apostolicam pertinens.

Epist. ad Pammachium & Oceanum: Quisquis (inquit) es assertor novorum dogmatum, quae te, ut parcas Romanis auribus. parcas fides quae Apostoli voce laudata est: cur post quadringentos (adde nunc alios octingentos) annos docere nos nris, quod antea nescivimus?

95. Successio quid superaddat doctrinae idem

Ex hac tam enim etiam evincuntur Haeretic.

Haereses olim damnatae resuscitantur.

Ad successionem doctrinae spectat quoque doctrinae identitas, cui successio superaddit continuationem non interruptam. Unde doctrina Apostolorum fuisse per multa saecula sepulta, dein divinitus sulcitur, foret quidem doctrinae seu rerum quae creduntur identitas, non tamen successio. Nihilominus etiam ex sola identitate doctrinae aperte revincuntur Haeretic. Nam nil omnino antiquitatem contrarium tradimus, quin potius fidei nostrae articulos ex sanctis Patribus & Conciliis antiquioribus probamus, ut ex decursu totius Theologiae patet. E contra constat Novatores, in multis punctis tradere doctrinam contrariam doctrinae, quae semper in Ecclesia fuit, etiam illis temporibus, quibus fatentur Ecclesiam Romanam nondum fuisse in fide adulteram, adeoque adhuc veram Christi Ecclesiam, puta primis saltem quadringentis annis, immo docere puncta, quae ab Ecclesia istorum temporum fuerunt velut haereses reprobatae. Nam preces & sacrificia pro defunctis execrantur cum haereticis Aërio, cum quo etiam Episcopum à Presbytero potestate non distinguunt: ita ut certis diebus jejunia ridet, eaque libera esse volunt cum eodem Aërio & Eustachio; delectum & abstinentiam quorundam ciborum inutilem censent cum Jojoviano: Nuptias Virginum Deo dicatarum defendunt & suadent, earumque continetiam non esse praecastis conjugis majoris meriti censent cum eodem Jojoviano: Monachorum nomen & institutum ridet ac detestantur cum Donatistis: Invocationem Sanctorum, cultum eorundem & sacrarum reliquiarum detestantur, ac idololatriam nos accusant sequentes Julianum Apostatam, Eunomium & Vigilantium: Unctionem sacri Chrismae contemnant cum Novatianis, cum quibus etiam potestatem remittendi peccata sacerdotibus negant: Filios fidelium nasci sanctos asserunt, suscitantes ex parte haeresim Pelagianorum: Nos aqua Baptismi non mundari tradunt cum Manichaeis: Liberum arbitrium tollunt cum eisdem, quibus catenus Calvinus & alii Novatores longè nefandiores, quod isti peccatum Deo malo, hi etiam Deo bono tamquam auctori & incentori tribuere non vereantur. Cui ne quid blasphemiarum desit, inauditam haereticus superaddit Calvinus, dum Christo in cruce pendenti poenas damnatorum ac desperationem attribuit. Haec (ut plura alia omittam) quid sunt, nisi colluvies foedissima divectarum sectarum errorumque, qui

Herimex Sum. Theol. Pars III.

dudum aere damnati, antequam Novatores nostri nati forent? Vide Bellarm. l. 4. de Eccles. milit. c. 9.

Adjurō itaque te quisquis gloriari vis Christiano nomine, & fluctibus variarum dubitationum agitaris, vel à Castris Catholicae unitatis exulas, ut sepositis affectibus, humilique ad Deum oratione effusa identidem consideres & ruminis signa veræ Ecclesiae. Spondeo, fidenter clamabis, & dices cum Augustino l. contra Epist. Fundamenti c. 4. *Multa sunt, quae in ejus Ecclesiae gremio me iustissime teneant. Teneo confesio populorum atque Gentium, teneo auctoritas miraculis inchoata spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; teneo ab ipsa Sede Petri Apostoli. . . usque ad praesentem Episcopatum successio Sacerdotum: teneo postremo ipsum Catholicae nomen &c.*

96.

Nota Ecclesiae ex Augustino recapitulatur.

Hic enim tanta pax, quies & consensus in animis omnium syncerorum Catholicorum; qui inde in sua divina credulitate firmissimè radicati, contra omnes Novitates jugiter pullulantes, sentiunt cum Tertulliano l. de Praescript. c. 8. *Nobis curiositate opus non est post Christum Jesum, nec inquisitione post Evangelium. Cum credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse ultra quod credere debeamus.* Et cap. 11. *Semel dixerim, nemo querat, nisi qui aut non habuit, aut perdidit. Et cum Patriciano Epist. 3. contra Novatian. Ego huc usque securus, ipsa Ecclesiae serio, congregationis antiqua pace contentus, nulla discordia studii didici, nulla certaminum argumenta quasi- vi. Tu postquam a reliquo corpore segregatus es, & à matre divisus, ut rationem tui facti redderes, totos librorum recessus assiduus scrutator inquis, occulta quae, sollicitas, quid quid exinde securum est, inquietas. Quod quam aptè quadrat in Sectarios, semper & ubique inquirentes, disputantes, inquietos ac alios inquietantes! Et merito quidem inquieti sunt, aut esse debent; cum inter tot sectas dissectas, nulla reperitur praerogativa competens uni, quae non pari jure competat alteri. Singulae enim parsi, sed omnes verè nullo, jure clamant apud se cum aliarum exclusionem inveniri purum verbum Dei: quo igitur fundamento prudenter eligat hic Lutheranam, alter Calvinisticam, tertius Mennoniticam, quartus Lutheranam mitigatam, alii alias sine fine sectas? Nullo sanè, nisi singuli iudicio suo privato & erratico, quia sibi videtur. Quod quam temerarium in tanto negotio! Al is perinde est, quam ferè sectam eligant: immo dum in singulis tam fragile fundamentum cernunt, & fidei Catholicae fundamenta non satis indagant, existimantes & hanc esse quasi unum ex illis, tandem in nullitatem religionis dilabuntur, fiuntque Athei, honesto nomine politici dicti. Quid igitur restat, quam ut omnibus novitatibus*

Quantam hinc quietem sentiat synceri Catholicus.

Inquietudo frequens Haereticorum quam fundata, & electio quam temeraria.

& sectis rejectis, quæ singulæ tñt nominibus & notis malis, quo Catholica bonis, sunt illustres, toto corde & animo complectamur *Unam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam?*

97.
An sit de fide individuum eorum sub obedientia Alexandri VII. Christi doctrinam profitentium esse veram Ecclesiam.

Petes, an sit de fide cœtum hominum, sub obedientia Alexandri VII. hodie sedentis in Pontificatu fidem Christi profitentium, esse veram Christi Ecclesiam? Resp. Aff. Patet: nam unus ex articulis fidei contentis in Symbolo est, *Sancta Ecclesia Catholica*; quod non de Ecclesia in confuso, sed determinatâ in individuo pro tempore existente est accipiendum, adeoque à singulis credendum; de nulla autem id credi potest aut debet, quàm de præfato cœtu: de quo solo evidenter credibile est ex notis jam traditis, quòd sit Sancta Ecclesia Catholica. Similiter de fide est omni tempore, atque adeò etiam modò, determinatam quandam congregationem visibilem dari, quæ sit vera Ecclesia, utpote indefectibilis; evidenter autem credibile est, eam non esse aliam, quàm præfatâ congregationem. Insuper de fide est veræ Ecclesiæ caput esse Romanum Pontificem; solius autem Congregationis præfatæ caput agnoscitur Romanus Pontifex. Denique de fide est, doctrinam, quam præfata congregatio profitetur, esse veram Christi doctrinam sine admixtione errorum, aut schismatis: ergo de fide est, ipsam esse veram Christi Ecclesiam. Quare omnes Patres Ecclesiam suo tempore existentem, notisquæ quibus moderna fulgentem, credebant esse veram Christi Ecclesiam, hæreticosquæ censuissent, quicumque id pertinaciter negassent. Idemquæ sensus est de tempore hodierno.

Quòd si quis urgeat, ubi id sit revelatum? Resp. in Scripturis, Symbolis & Traditione, ex quibus patet credendum esse, quòd instituta à Christo sit Ecclesia per orbem diffundenda, eademquæ sine indefectibilitate perseveret, & crescat usque ad messem; quæ ex hoc aliisque præmissis signis est dignoscibilis. Deinde id Christus & Apostoli revelarunt de Ecclesia individua, quæ tunc erat: hæc autem perpetua, eademquæ est cum nostra præsentis; prout eadem censetur respublica, et si membra seu partes materiales pederent mutentur. Unde sicut ex hoc, quòd fidei erat Christum infantem v.g. esse Messiam, etiam idem erat fidei de Christo jam grandævoo, utpote eadem personâ monitior, et si secundum aliquas partes physice diversâ: sic pariformiter loquendum de Ecclesia. Denique id revelatum est in revelatione doctrinæ, quæ in hac Ecclesia seu congregatione citra aliquod schisma traditur.

QUESTIO V.

An iudicium Ecclesiæ sit Necessaria Fidei Regula?

NOVATORES nullam fidei regulam volunt admittere præter Scripturam, ad quam semper provocant, purum putum verbum Dei jugiter concerpentes.

Verum in antecedentibus manifestè ostensum est, etiam ex ipsa Scriptura, & aliis fundamētis, admittendas insuper esse Traditiones non scriptas tamquam regulam fidei. Quibus accedit, quòd ex Scriptura non possumus predicare de ipsamet Scriptura, quòd sit verè divina, quòd non adulterata &c. adeoquæ sequeretur ipsam regulam, quæ præ omnibus debet esse certissima, nobis manere incertam. De legitimo quoque Scripturæ sensu (qui est verborum, quasi forma seu anima) ex sola Scriptura judicari non potest. Et hinc tot inter ipso Novatores diffidia de sensu verborum, etiam nostro iudicio clarissimorum, qualia sunt: *Hoc est corpus meum*; circa quæ plurimæ invicem adversantes sunt *Lutheri, Calvini, Oecolampadii*, & aliorum explanationes. Quid igitur sperandum de locis obscurioribus, quibus Scriptura scætet, adeò ut etiam diligentis indagacione præmissâ hæreant doctissimi & sanctissimi in multis? Quidquid somnient Hæretici Scripturam esse claram.

Qui sanè revincuntur ex 2. Petri 3. ubi dicitur in Epistolis Pauli esse quadam difficulta intellectu, quæ in doctis & instabilibus depravant &c. ex manifesta experientia, & ipsorummet diffensionibus (quæ utique in rebus claris non deberent locum habere) & Patrum doctissimorum juxta ac sanctissimorum sensu. Ut merito Augustinus lib. de *Util. credendi* c. 17. Hæreticum jactitatem: *Cum legerem, per me ipse cognovi; explodat dicens: Itane est? Nulla imbutus poetica disciplina Terentianum Maurum sine Magistro attingere non auderes, &c. tu in eos libros . . . sine quæcunque irruis, & de his sine præcepto audes ferre sententiam. Consimiliter humilior præsumptiones retundit Hieronymus Epist. ad Paulinum, subdens ironice: *Sola Scripturarum ars est quam sibi passim omnes vendicant &c.* Nimirum apud Novatores omnes timent, omnes scientiam pollicentur. Ante sunt perfecti Cathecumeni, quàm edocli. Ipsæ mulieres hæreticæ quàm procaces, quæ audeant docere, conserere &c. ut dixit Tertullianus l. de *Prescript.* c. 41. Unde cum Hieronymo sup. concludo: *Ego (ut de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunuchus (qui Isaiam legens non intelligebat sine interpretatione Philippi Diaconi Act. 8.) nec studiosior &c.* Et profiteor cum Augustino Epist. 119. ad Ianuar. c. 22. *In ipsi san-**

98.
Scripturam solam esse regulam fidei tradunt Novatores.
Qui manifestè resuscitantur.

99.
Scriptura obscuritas & intelligendi difficultas declaratur.

Præsumptio Hæreticorum ab Augustino recundatur.

Quest. V. An iudicium Ecclesie sit necessaria fidei regula? 95

Etia Scripturis, multo nescio plura, quam scio.

100. Scripturae sine iudicio Ecclesie non est idonea terminandi controversias.

Conditiones legitimi & supremi iudicii.

Qua desit Scripturae.

101. Novatores ecclesie re- currunt ad Scripturas prout sub- stant privatis iudicio.

Quibus non fauet Scri- ptura.

Itaque si alia praeter Scripturam regula aut iudex non statuat, non est ulla via concordiae aut terminationis litium circa ipsas Scripturas earumque sensum exurgentium. Singulae enim partes etiam in punctis capitalibus invicem adversantes Scripturam suis erroribus applicant, ad eam provocant, eam pro se stare pertinaciter clamant. Scriptura muta litem numquam dirimet. Confirmatur: quia supremi & legitimi iudicis partes sunt, primo ut sententiam veram seu infallibilem proferat. Secundo, ut ab ea nequeat provocari. Tertio, ut non ducatur studio partium. Quarto, ut sic ferat sententiam, quod possit utrique parti evidentem constare, cuinam causa ad iudicetur: aliis enim nulla poterit controversia terminari, utraque parte contendente sententiam pro se stare, sicque finis institutionis iudicii evertetur. Postrema autem conditio desit Scripturae, si secludatur auctoritas & iudicium Ecclesiae: nam Lutherus v. g. clamat illam stare pro se, Calvinus pro se. Idemque est de ceteris diversis & adversis Novatoribus. Qui igitur poterit controversia per Scripturam solam sopiri? Unde convincuntur, nullum eos iudicem, qui literam legitime decidat velle admittere: instar litigantium de re temporali, qui nullum iudicem praeter ipsum Corpus Juris Civilis vellent admittere, hoc unum textum, alio alterum textum pro se stare contendente. Unde etiam pessime foret consultum regimini Ecclesiae (quae utique est respublica optime ordinata) si nullus in ea iudex praeter sacrum Codicem esset: quem admodum pessime foret provilum reipublicae terrena, si praeter Codicem legum, et si optimarum, non esset in ea iudex, qui dubia & controversas circa eas occurrentes terminaret.

Ob haec Novatores varii argumentis Catholicorum pressi hoc effugium meditati sunt, ut Scripturae supremum iudicium sufficere aspererent, quatenus ipsa substaret iudicio discretioni seu interpretationi cuiuslibet privati: nam juxta Apostolum 1. ad Cor. 2. Spiritus iudicat omnia.

Verum Phraisi Apostoli non quilibet fidelis est spiritualis, sed plerique sunt animales. Nec agit de iudicio & interpretatione omnium Scripturarum & dubiorum fidei; sed dicit spirituales in hoc praecellere animales, quod hic de terrenis & corporalibus, ille etiam de spiritualibus & supernis iudicium discretioni habeat, adeo ut prout quisque magis est spiritualis & perfectus, eo certius & melius de occurrentibus iudicare possit. Nam vir bonus (teste Philosopho 3. Eth. 4.) recte de omnibus iudicat, & facile quid in re quaque veri sit, perspiciat. Hoc autem non respicit iudicium potestatis competens Ecclesiae; quae etiam ve-

lut, maxime perfecta optime sibi arrogare potest iudicium discretivum inter verum & falsum. Nec vult Apostolus, spirituales sic posse discernere contra iudicium Ecclesiae; quin potius contra illam iudicando, ostenderet se minime spirituales esse.

Alioquin Scriptura nusquam remittit privatos in controversiis ad propriam iudicium, sed ad Ecclesiam, quam a Nire teneantur: in qua proinde posuit Deus Pastores & Doctores etc. ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, juxta Apostolum ad Ephes. 4.

Porro regula proprii iudicii est seminarium omnium errorum. Inde enim Tertullianus, Origenes ceterique ingenio & eruditione praestantissimi in barathrum errorum lapsi sunt. Unde Vincentius Lyrinensis in Commonitorio c. 23, post multa de Excellentissimis Origenis praemissa, talem ac tantum virum lapsum esse refert dum ingenio suo nimium indulget, sibi que satis credit, dum se plus cunctis sapere praesumat, dum Ecclesiasticas traditiones, & veterum magisteria contemnens quaedam Scripturarum Capitula novo more interpretatur, juxta proprium videlicet iudicium: sic ut universim Scripturis novo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in haereseos barathrum infelix anima precipitetur, ut habet c. 37.

Ratio est: quia iudicium proprium in rebus praesertim ad eod. obscuris & a sensu remotis est maxime fallax & imbecillum. Indeque tanta huic innitentium variatio, fluctuatio, dissensio. Inde tantae Sectariorum, aequae ad Scripturas, sed suo more & iudicio intellectas, provocantium, inter se contentiones & contradictiones, etiam in materiis capitalibus; cum tamen Scriptura sibi met non adversetur.

Immo hac ratione ad Scripturam recurrere, verè nihil aliud est, quam iudicio suo privato velut ultimo fundamento inniti, illudque velle sequi. Omnes enim etiam invicem contrarii gignantur eodem Scripturae titulo, hoc est, cortice & verbis: sed his inserunt & inspirant per iudicium privatum singuli sensum (qui est anima verborum) non Spiritus sancti, qui non est inconstans, sibi que contrarius, sed suam. Nec ulla haeresis est, quae non libenter tegat se pallio Scripturae, dummodo intelligenda proprio arbitrio. Sicque quotidie nata sunt orti nova errorum monstra, pari jure excusanda provocatione ad Verbum Dei iudicio errantium interpretandum. Quare etiam pessime foret hac ratione consultum Ecclesiae; uti cuius reipublicae, in qua non esset iudex, nisi Codex legum proprio cuiusque arbitrio accipiendarum. Confirmatur: quia sicut provocantes ad Corpus Juris, sed suo sensu intelligendum, convincuntur nolle admittere alium iudicem,

Quae potius privatis remittit ad Ecclesiam.

102. Regula proprii iudicii Seminarium Haereticum.

103. Sic ad Scripturam provocantes finaliter iudicio proprio innitentur.

Et aliam iudicem recusant.

cem, quam proprium iudicium: sic & provocantes ad textum Scripturæ privato cuiusque iudicio explicandæ.

104. Proscripti jam olim ab Augustino.

Quare optimè dixit Augustinus Epist.

222. ad Consensum: Omnes Hæretici, qui Scripturas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur scilicet, cum suos potius sciantur errores &c. Et lib. 32. contra Faustum c. 19.

Videtur ergo id ad nos agere, ut omnis de medio Scripturarum auferatur auctoritas, & suis cuique animus auctor sit, quod in quaque Scriptura probet, quod id improbet, id est, ut non auctoritati Scripturarum subiciatur ad fidem, sed sibi Scripturas ipse subiciat &c. Et l. 1. de Genesi ad lit. cap. 18. Ne corrumpamus

... non pro sententia divinarum Scripturarum, sed pro nostra ita dominantes, ut eam velimus Scripturam esse, qua nostra est, cum potius eam, qua Scripturarum est, nostram esse velle debeamus. Et 12. Confess. c. 25. Nec noverunt Moysi sententiam, sed amant suam, non quia vera est, sed quia sua est. Sicque de cordis sui sententiis faciunt velut idola, ut pulchrè idem Augustinus in Psal. 80.

Idonea quàm sit hac via terminandis controversiis.

Accedit, quòd nulla possit hac ratione controversia in Ecclesia oborta terminari, quolibet persistente in suo iudicio. Nec est, cur unus alterius iudicio se subiciat; de cuius infallibilitate & immunitate à passione non constat, immo de quo, an in corde ipsum sublit, non nisi ex alterius assertionem (quæ fallax est) constat. Et planè stultissima temeritas est, quemlibet privato suo iudicio plus deferre, quàm sanctæ & universali Ecclesiæ, seu totius corporis iudicio, etique magis privilegiato.

105. Aliorum verus ad spiritus privati dictamen refutatur.

Ob hæc plures Novatores recurrunt ad spiritum privatum, quasi singulis adsit internum spiritus sancti magisterium. Verùm spiritus iste privatus non est sanctus, sed diabolicus, aut à propria cuiusque imaginatione indistinctus. Eumque in antecedentibus refutavimus. Nulquam etiam Scriptura ad eum docet recurrendum, sed ad Ecclesiam. Præterea incompetens est

incompetens is iudex est.

iudex controversiarum: cum parti non constet, quòd verè sublit, quòdque sit spiritus sancti sententia, quam exterius profert, qui de hoc spiritu loquitur. Immo non constat ipsis iactantibus, quòd spiritus iste à Deo sit: cum spiritus satanæ se frequenter transfiguret in spiritum lucis, ideoque probandi sint spiritus an ex Deo sint. Et meritò timere de hoc saltem deberent Hæretici: cum constet eorum parentes, præsertim Lutherum, atro spiritui satis familiares fuisse: Et Sacramentarium Zuinghii, cum per biduanam coram Magistratu Tigurino disputationem persuadere non potuisset in forma Consecrationis Est accipi pro signi-

idem spiritus meriti suspectus habetur.

ficat, posteaquam quidam nocte sequenti dormienti sibi assistens (ater autem an albus fuerit, non memini, inquit ipse) eum monuisset, ut locum Exod. 12. Est enim phase, id est, transitus Domini (ubi est sumitur pro

significat) arripere, postmodò obtinuisse apud populum quæ volebat; ut ipse refert Libro, Subsistum Eucharistia inscripto.

Ipse planè varietas & dissensio Sectariorum, quorum singuli de hoc spiritu se iactant, ostendit non esse spiritum sanctum, sed spiritum mendacii: nam spiritus sanctus est spiritus veritatis, sibi que constans. Unde inter Anabaptistas, qui maxime hoc spiritu nituntur, est maxima varietas fidei; quæ fieri non posset, nisi spiritus quo reguntur, esset fallax & varius. Nec ulla est via terminandi controversias per hunc spiritum, singulis prætendentibus spiritum suum dicere quod sentiant singuli seu volunt. Nulla etiam prorsus est ratio, cur diversis iactantibus dictamina diversa sui privati spiritus, uni potius fides quàm alteri habeatur.

Immo est spiritus mendacii & inconstans.

Denique sub patrocinio huius spiritus quævis quantumvis absurdæ doctrinæ & flagitia defenduntur seu palliantur, prout videmus scelestos Novatores apostasias suas, sacrilegas nuptias, monasteriorum expilationes, in proprios Principes conspirationes per huius eminentis spiritus auctoritatem approbasse. Notabile est, quod cum (teste Florimundo Remondo l. 2. c. 6.) quidam amico exponeret spiritus internum dictamen de cognoscenda ejusdem uxore, ipse veluti ejusdem lectæ annuerit. At nequam iste conspicuus filiam matre formosiorē, simile quoad hanc dictamen accipiens, cum à parente fuisset in stupro filia deprehensus, culro fuit transverberatus ab eodem parente, sic arguente: Ergo spiritus mentitus est? Justit ille tibi concubitus uxoris, & ecce filiam subagitas. Idem spiritus mihi mandat, ut à te poenas exigam.

106. Et pallium iniquitatum.

Notabile exemplum.

Cum itaque Scriptura sola, aut etiam ipsa accedente proprio cuiusque iudicio aut spiritu privato non sufficiat, restat sola Ecclesia fidei magistra & controversiarum iudex, cuius (juxta Tridentinum sess. 4. in Decreto de Edit. & usu Sacrorum Librorum) est iudicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum. Cujus quidem auctoritatem tanti Augustinus fecisse dignoscitur, ut Epist. 118. c. 5. contra eam velle disputare, insolentissima insania esse clamer. Et lib. contra Epist. Fundam. c. 5. dicat: Ego verò Evangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia commoveret auctoritas. Et lib. 1. contra Crescon. c. 33. ait: Quoniam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli motus, huius obscuritate questionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate S. Scriptura commendat.

107. Restat itaque iudicium infallibile Ecclesie.

Quamvis eius auctoritatem fecerit Augustinus.

Estque & fuit semper hic Ecclesiæ sensus & praxis, non tantum in materiis cognitum necessariis in ordine ad salutem, sed & in quibusvis aliis fidei controversiis: quarum definitioni sub pena anathematis standum semper fuit, adeò ut vel uni articulo definito, etsi aliis scitu non necessario,

108. Eiusdem praxis deus controversas fidei pertinet.

pertingenter contradicens sit semper habitus pro Haeretico: ut patet ex Conciliis generalibus, & Historiis Ecclesiasticis ac Scriptis Patrum. Esset autem intollerabilis error, si Ecclesia id fecisset sine debita auctoritate & infallibilitate. Deinde aliud esset Fidelibus sufficiens regula credendi, & via controversias decidendi; quod tamen bonum, & unitas fidei ac Ecclesiae requirit.

Præterea ipsas Scripturas sacras, seu libros divinos habemus omnes, etiam ipsi Haeretici, ex traditione Ecclesiae: Ergo huic credamus in hoc, quid ni credere debeamus in tradendo Scripturarum sensu? aut si in hoc sit ipsa fallax, quid ni & in ipsa custodia & traditione sacrorum Librorum?

109. Eadem Ecclesiae infallibilis auctoritas colligitur patenter ex ipsa Scriptura. Nam 1. ad Timoth. 3. Ecclesia dicitur *Columna & firmamentum* (seu ut Alii vertunt, *fulcrum aut stabilimentum*) veritatis. Nimirum quia ipsa super fundamentum fundamentorum quod Christus est, ejusque veracissimas promissiones, atque adeo in ipsa veritate firmissimè fundata, eandem veritatem indefectibiliter conservat, & membris suis sive aliis ministrat. Sicut enim columna supposita sustentat & fulcit aedificium ne corruat, sic Ecclesia veritatem, id est, doctrinam fidei Christianae sibi concreditam sustentat & conservat, ne adiretur aut pereat; ut proinde ibi quisque infallibiliter ipsam veritatem sit inventurus. Atque ita intelligunt hunc locum Patres seu Catholici Commentatores, immo ipse Pelagius in Scholio inter opera Hieronymi Tom. 9. Estque juxta eisdem sermo Apostoli generalis de Ecclesia, est ad Timotheum Episcopum particularis Ecclesiae Ephesinae ipsam Epistolam Paulus dirigat. Unde Chrysostomus ibid. de Ecclesia dicit: *Columna est Orbis*. Et Cyrillus Cat. Ph. 18. *De hac* (inquit) *Catholica Ecclesia, scribit ad Timotheum Paulus, ut scias quomodo oporteat in domo Domini conversari, quae est Ecclesia Dei vivens, columna & firmamentum veritatis*. Et Commentarius Ambrosianus in eundem locum ait, quod cum totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen domus ejus dicitur, cujus hodie rector est Damasus. Et Origines Tract. 30. in Matth. in init: *Qua* (Ecclesia) *plena est fulgore ab Oriente usque ad Occidentem, quae plena est lumine vero, quae est columna & firmamentum veritatis*. Denique Hieronymus in c. 2. *Aggae sub init.* inquit: *Venerunt electi omnium Gentium, & repleta est gloria Domus Domini, quae est Ecclesia Dei vivens, columna & firmamentum veritatis*.

110. Colligitur præterea ex promissione Christi Matth. 16. *Porta inferi non praevalent adversus eam*. Prævalerent enim quammaximè, si circa punctum aliquod fidei ipsa

erraret, seu si in aliquo deficeret quoad veritatem ipsum Corpus doctrinae. Immo eo ipso non esset vera Ecclesia Christi (quam ipse sibi in fide insolubiliter desponsavit) sed potius Sanae synagoga, ad quam non requiritur errorum multitudo: modicum enim falsitatis totam massam corrumpit. Et juxta Epiphanium, apud Hieronymum l. 3. *adversus Rufinum paulo post med.* *Propter unum verbum aut duo, quae contraria fidei sunt, multa haereses abjecta sunt ab Ecclesia*.

Denique idem colligitur ex promissione Christi facta Ecclesiae Joan. 14. *Alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum* (quae particula convincit non esse sermonem de solis Apostolis) *Spiritus veritatis &c.* Et c. 16. *cum venerit ille, docebit vos omnem veritatem; utique perennaturam cum Ecclesia: cum qua foedus sempiternum pepigit Deus, juxta illud Isai. 59. Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & usque in sempiternum*. Propterea pertinaciter recusans audire Ecclesiam, rejiciendus est tamquam Ethnicus & Publicanus Matth. 18.

Dicent fortasse Haeretici, se non recusare iudicium Ecclesiae, dummodo ipsa procedat secundum Verbum Dei. Verum jam ostensum est, ipsam, danti aliquid in fide seu Scriptura controversum declarat, infallibiliter procedere secundum Verbum Dei, à quo talem infallibilitatem accepit. Unde ineptè procedunt Haeretici, propriam iudicium statuentes supra iudicium corporis & capitis Ecclesiae, dum sibi semper integrum esse volunt, ut trutinam sui iudicii expendant, an Ecclesiae iudicium sit secundum Scripturam. Cum potius deferendum sit Ecclesiae ut ipsa declaret de quorumlibet iudiciis prius, an videlicet sint conformia Verbo Dei.

Instabunt: Ecclesiae iudicium sic à nobis præferri Scripturae. Sed æquè ineptum hoc est; & in ipsos potius quadrat, qui nasum ceram Scripturae affingendi, & in omnes formas illam transformandi potestatem re ipsa (quidquid sit de verbis) prætendunt, eam quomodolibet suae privatae imaginationi adaptantes. Ecclesia itaque iudicat de sensu Scripturarum, non tamquam superior, sed tamquam infallibilis interpret ex commissione ipsius Dei; adeoque alligata sensui à Deo intento, à quo ne deflectat, Spiritus sanctus eidem assistit. Sanè si iudicium difficile & ambiguum perspiciebatur tempore veteris Legis, ad iudicium Sacerdotis recurrendum erat Deuter. 17. Sacerdos tamen non constituebatur per hoc supra ipsam Legem. Sicut nec iudices statuuntur supra leges, quas ipsi ex Regis commissione declarant.

Judicium porro hoc non competit toti

111. Effugium haereticorum conclusum.

112. Ecclesia à Catholicis non præferretur scripturae.

113. Iudicium Ec-

controversiarum non convenit omnibus membris Ecclesia collectim.

Ecclesie collectim sumptæ, id est, omnibus omnino membris; id enim esset ridiculum; uti impossibile & vanum foret singulorum judicia exquirere. Et in omni republica bene ordinatâ non recurritur in controversiis dicendis ad singulorum etiam plebeciorum & incapacium personarum iudicium, sed eorum, qui ad id constituti sunt, sive sit monarcha, sive cum eo aut sine eo optimates, sive cœtus aliquis communitatem representans.

Convenit itaque hoc iudicium Ecclesie in Conciliis congregatæ; & præsertim Capitii supremo ejusdem. De quo infra, ubi de Conciliorum & Pontificis infallibilitate.

QUÆSTIO VI.

Quid, Quotuplex Concilium, Quorum sit Indicere, Præsidere, Comparere?

114. Quid sint Concilia Ecclesiastica.

CONCILIA Ecclesiastica (quæ sunt Cœtus seu Congregationes personarum Ecclesiasticarum, præsertim Episcoporum, auctoritate legitimâ factæ ad hoc, ut collatis in unum sententiis decernatur, quid de negotio fidei vel morum sit sentiendum aut statuendum) sunt in Republica Christiana, quod in Republica Civili publica Comitia. Unde sicut hæc illegitima sunt, nisi auctoritate Principis fiant, & convocentur ii, quorum est interesse: sic etiã sunt illegitima conventicula & Conciliabula, quæ in universa Ecclesia sine auctoritate supremi Capitii, in Natione sine auctoritate Patriarchæ aut Primatis, in Provincia sine auctoritate Metropolitanæ, in Diocesi sine auctoritate Episcopi celebrantur.

115. Quotuplex sint.

Unde quadruplicia sunt Concilia: alia enim sunt Oecumenica seu Generalia, ad quæ convocari & convenire debent, qui commodè possunt, Episcopi Orbis: Nationalia, ad quæ convocantur & conveniunt Episcopi unius Nationis aut regni cum Primatu vel Patriarcha: Provincialia ad quæ conveniunt Episcopi Comprovinciales seu Suffraganei cum Archiepiscopo: Diocesana (quæ specialiter Synodi vocantur; etsi etiam aliis Conciliis nomen hoc sæpè tribuatur) ad quæ cum Episcopo conveniunt Presbyteri seu Pastores Diocesani.

Quorum sit indicere & præsidere.

Concilia Diocesana Episcopi, Provincialia Archiepiscopi, Nationalia Primates aut Patriarchæ, uti indicunt, sic eis præsidere respectivè. Difficultatem solum movent Hæretici de Concilio Generali, magis eligentes hoc munus deferre Imperatori vel Monarchæ Christiano, uni aut pluribus, quàm Pontifici Romano.

116. Quod Cœtus.

Verum sicut Concilia particularia non à

Principibus sæculi, sed à Prælatibus Ecclesie respectivè indicuntur. Eisdemque illis præsidere: sic idem dicendum de Conciliis Generalibus respectu Pontificis. Quem admodum enim evidens est solius esse Principis in suo regno convocare comitia publica, itaque præesse; sic constat indubitanter apud omnes Catholicos competere Pontifici Romano convocare Comitia seu Concilia Generalia Ecclesie, & consequenter eisdem præsidere. Is enim in regno Ecclesie est supremus Princeps, cui tamquam Capitii cetera universalis Ecclesie est commissa, qui solus potest universis mundi Episcopis & Prælatibus præcipere ut compareant, cujus est ordinationes Conciliorum confirmare, qui denique supremus est controversiarum iudex. Adde, quod si Christo in terris vivente, & Ecclesia jam formatâ foret coactum Concilium, solius utique Christi fuisset illud indicere, eidemque præesse: Id igitur muneris competit nunc ejus Vicario Pontifici Romano. Neque potestas sæcularis confundenda est cum spirituali, quasi verò ea etiam se extendat ad convocandum Prælatos Ecclesie universæ, & præsidendum, dum Ecclesie negotia tractantur; quod utique Ecclesiasticæ est potestatis. Neque etiam Imperator ullulve alius Monarcha imperium suum protendit per universum orbem, adeoque ad imperandum Episcopis universis. Quod autem quidam Novatores, alioquin tam urgentes necessitatem Conciliorum Generalium, confugiunt ad universitatem Principum & Rerumpublicarum supremarum Christianissimi, in ordine ad indicendum certo tempore & loco Concilium, id est rem moraliter reddere impossibilem, & hætenus inauditam in Ecclesia Dei.

Idem irrefragabiliter confirmat auctoritas ex veterum monumentis, & usu ac confessione ipsorum Conciliorum delumpta. Nam est antiquissimus Ecclesie Canon (quem esse Apostolicum testatur *Marcellus 1. Epist. 1.* quem etiam ut talem refert *Julius 1. Epist. 1.* cujus meminerunt *Socrates 1.2 c.12. Zozomenus, & Nicephorus;* quem denique in Nicena magna Synodo ab omnibus uncoi dicit esse roboratum, tantum abest, secundum calumniam Novatorum fuerit ibi oppositum ac citatum, testatur *Synodus Alexandrina Epist. ad Felicem 11.*) non debere celebrari concilia præter auctoritatem sive sententiam Romani Pontificis seu Sedis Romane. Unde *Dioscorus patriarcha Alexandrinus act. 1. Concilii Chalcedonenfis* jubetur non sedere inter Episcopos, objiciente ei *Lucentio Sedis Apostolicæ Vicario,* quod *Synodus ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolicæ; quod nunquam licuit, nunquam factum est.* Ob cujus quoque auctoritatis defectum *Synodus VII. act. 6. To. 1. Refutationis falsæ nominatæ definitionis &c.* rejecit Concilium quoddam *Con-*

Concilia Generalia id Competere Pontifici Romano, probatur rationibus Theologicis.

117. Ex antiquissimo Ecclesie Canone.

Qu. VI. Quid, Quotuplex Concilium, quorum sit indicere & c. 99

Constantinopolitanum : cui etiam dicitur anathema act. 7.

118.
Inductio
ne facta ex
veteribus
Concilii.
Nicano pri-
mo.

Quod amplius liquet facta inductioe. Nam auctoritate Romani Pontificis priora Concilia generalia fuisse celebrata patet in primis quoad Nicænum, quod Constantinus & Silvester congregarunt, juxta Patres VI. Synodi act. 18. Constantinus quidem (ut loquitur Rufinus l. 10. Histor. c. 1.) ex sacerdotum sententia, seu auctoritate, praesertim vero S. Silvestri, cujus consensu ipsum esse celebratum, refert Damasus in Pontificali, sive ejusdem Silvestri vocatione, prout legitur in Epitologo Concilii Romani 11. sub Silvestro To. 1. Concil. Praesides porro Concilii Nicæni fuerunt Osius Episcopus, Vitus & Vincentius Presbyteri, qui prout primo loco ante omnes Patriarchas & Episcopos subscripsisse inveniuntur. Constantinus vero Concilium ingressus, non nisi annuentibus Episcopis ledere ausus, idque in sella parva, finitâ ad Episcopos oratione, Sermonem omnem (ut ait Eusebius l. 3. de vita Constantini c. 13.) deinceps Concilii praesidibus concessis professus non esse suum, sed Episcoporum judicium, ut patet ex Ambrosio Epist. 13. ad Valentianum, Rufino l. 10. c. 2. Unde etiam post omnes Episcopos subscripsit, teste Basilio Imperatore sub finem Synodi VII. act. 10. ante suam subscriptionem.

119.
Constanti-
nopolitanum
primo.

Circa Concilium Constantinopolitanum (quod numerari solet secundum generale) nil legit Imperator Theodosius senior, quam quoddam citatorias Damasi Papae miserit ad Episcopos, quos earumdem vigore ad Concilium convocavit. Nos (inquiunt Patres in Epist. Concilii ad Damasium apud Theodorem l. 3. Hist. Eccles. c. 9.) velut membra propria per Imperatoris Sanctissimi litteras accepimus. Et infra dicunt se mandato litterarum Damasi ad Theodosium missarum ad iter Constantinopolim usque faciendum properasse. Unde etiam ex Codice Vaticano, ac item alio S. Mariae Majoris Concilium hoc praecipio & auctoritate Damasi celebratum fuisse ostendit Baronius ad annum 381. Ipse tamen per Legatos non praesedit, nisi quoad gestorum in causa fidei (non tamen quoad praesentiam Sedis Constantinopolitanae ante alias Sedes Patriarchales orientis) confirmationem; à qua Concilium obtinuit, ut diceretur Oecumenicum. Cum enim Damasus intendisset plenissimum Concilium in occidente, praesentibus etiam Episcopis orientis, post Concilium ibi peractum celebrare, hi rationes excusatorias Damaso proposuerunt, decreta à se iudicio illius submittentes. Quis autem praesides fuerit, non ita constat. Et quidem Gregorium Nazianzenum vel Meletium Patriarcham Antiochenum praeseditisse asserit Franciscus Longus in Annotat. ad D. Concilium; eò quod Nectarius (quem alii praesidem faciunt, & de quo idem sibi non con-

stans Praesid. 3. dixerat constare, quod praesederit) in locum Gregorii, seipsum abdicantis Episcopatu Constantinopolitano, necdum susceptus fuerat.

Concilium Ephesinum Cyrilli industria & Caelestini auctoritate factum esse testatur Prosper in Chronico. Cyrillus autem vices Caelestini tamquam legatus & Praesidens gessit, ut constat ex Epistola Cyrilli ad Caelestinum inter opera ejusdem, & Evangelio l. 1. c. 4. & ex Florentino sess. 7. cui Graeci interfuerunt. Imperator vero Theodosius junior solum misit Candidianum Comitem ad Synodi defensionem, eà conditione, ut non misceret se negotiis fidei aut Ecclesiasticis, ut patet ex ejusdem Epist. ad Synodum Ephes. 10. 1. ejusdem Concilii c. 32.

120.
Ephesino.

Concilium Chalcedonense inditum est à Leone Papa, seu per Imperatorem ex consensu & auctoritate Leonis Papae. Unde Episcopi secundae Moesiae Epist. ad Leonem Imperatorem (quae habetur post Concilium Chalcedonense) ajunt: In Chalcedonenfium civitate multis sanctis Episcopis convenientibus per iussionem Leonis Romani Pontificis, quae verè caput est Episcoporum. Immo secundum Gelasium Papam Epist. 13. ad Episcopos Dardaniae solius Sedis Apostolicae (non quidem exclusâ Imperatoris operâ, sed aliarum Scdium Patriarchalium) auctoritate hæc Synodus facta est. Quin & ipse Marcianus Imperator in Epist. ad Letentem Papam: Per celebrandam (inquit) Synodum te auctore maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholica fiat. Et in Epist. 2. ad Leonem (quae uti praecedens extat inter praëambulares Concilii) rogat eundem, ut dignetur in Orientem venire, & Synodum celebrare; aut si eò venire onerosum sit, id per litteras insinuet, quatenus (inquit) in omnem Orientem & in ipsam Thraciam & Illyricum nostra littera dirigantur, ut ad quemdam diffinitum locum, ubi vobis (sic legit Baronius ad annum 440. & Binius in Notis ad Concil. Chalcedon. Etsi in editione per ipsum facta irrepserit in textu Epistolae nobis) placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeant convenire, & quae Christianorum religioni atque Catholicae fides profinet, sicut Sanctitas tua secundum Ecclesiasticas regulas diffiniverit, sua dispositione declarant. Idem enixè rogat Epistolâ, similiter praëambulari, ad eundem Pulcheriam Augusta, ut factò Concilio Episcopi, sicut (inquit) fides & Christiana pietas exigit, te auctore, discernant.

121.
Chalcedo-
nensi.

Unde eidem Concilio praesederunt legati Pontificis Paschasinus & Lucentius Episcopi, & Bonifacius Presbyter. Basilio presbytero (quem constat fuisse similiter à Leone Papa delegatum) apparenter ante Concilii inchoationem defuncto, eò quod in actis Concilii de eo non fiat mentio. Illi porro in omnibus actionibus primi nominantur, primi sedent, primi loquuntur, primi subscribunt tamquam Vicari universa-
lis Ec-

lis Ecclesiæ Papæ, & quidem expressè Paschalinus sub titulo *Præsidentis Synodo*; ut patet *act. 6.* Cui etiam Imperator interfuit, protestatus ibidem in *Orat. ab Consilio*: Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini Synodo interesse volumus. Immo ipsum Concilium in Relatione ad Leonem Papam *act. 16.* quibus tu quidem (inquit) sicut membris caput præeras, in his qui tuum tenebant ordinem, benevolentiam præferens; Imperatores verò ad ornandum decentissimè præsidebant.

Quare patet datum eis esse primum locum honoris, non præsentiam quasi iudicibus. Præsidebat autem Leo per legatos: In his enim (ut idem ait *Epist. 47. ad Concilium Chalcedonense*) me Synodo vestra Fraternitas existimet præsidere. Vide eundem *Epist. 49. & 53.* Quare iidem septentiam in Dioscorum proferunt nomine Leonis Papæ *Act. 3.* Et in exemplari Epistolæ de damnatione Dioscori (quod habetur ad Calcem *act. 16.*) Sanctissimus (inquit) ac Beatissimus Papa, Caput universali Ecclesiæ Leo, per nos, ac Legatos suos, sanctâ Synodo consentiente, Petri Apostoli prædicens dignitate . . . Episcopali eum dignitate nudavit &c.

122.
Constantinopolitano
Secundo.

Quintum Concilium generale seu Constantinopolitanum II. Episcoporum 165. quorum Princeps fuit Vigilius Papa Romanus, inquit Zonaras in *Vita Iustiniani*; et sine quidem per Legatos præsiderit, cupiens Synodum in Occidente celebrari, sed tandem condescendens Imperatoris (qui tamen nullâ ratione prædidit) voluntati, & Synodum celebratam præside, non Menna (ut mentitur *Calvinus*) sed ejus successore Eutychio Patriarchâ Constantinopolitano (qui tamen per Litteras ad Vigilium scriptas professus est, præsentiam Pontifici, si interesse voluisset, deberi, dicens: *Perimus præsidere nobis vestrâ Reuerentia de tribus capitulis quæri & conferri*) confirmavit; quod & alii Pontifices fecerunt. Vide *Binium in Notis ad D. Concilium.*

123.
Synodo VI.

Synodus VI. (quæ Constantinopolitana III.) non sine consensu & auctoritate Pontificis congregata est; quem Imperator Constantinus Pogonatus, ut suos Legatos cum plena auctoritate mittat hortatur in *Sacra Divali*, quæ est Synodo præambularis. Quare non nisi certificatus de eorum adventu, adeoque de consensu Pontificis (quem prope noverat necessarium) Episcopos convocavit, ut patet ex *alia Divali* ejusdem Archiepiscopum Constantinopolitanum & consequenter (ut ex *Beada* dicitur C. *Sexta Synodus dist. 16.*) tâquam exequens, voluntatem scilicet Papæ. Unde quia Imperator in Synodo sederit primo seu eminentiori loco cum suis Magistratibus, ideo tali sensu refertur prædidisse; non autem quæ prædidit ut Judex. Quare

nullam sententiam tulit, & postremò subseripsit. Vel etiam dicitur prædidisse, non Synodo, sed suis Magistratibus. Postea enim tamquam quid distinctum subjungitur: *Conveniente autem sanctâ & universali Synodo, consistente scilicet in Episcopis, qui dein nominantur, & præsertim, Legatis Sedis Apostolicæ, Petro & Georgio presbyteris & Joanne diacono, qui ob id primi nominantur ante omnes Episcopos, primi subscribunt.* In sinistro autem latere sederunt (prout & aliâ contigit) quòd is locus esset apud Romanos honoratior in sacris conventibus; ut ostendit *Baronius ad annum domini 313. & 325.*

De Synodo VII. (quæ est Nicæna II.) non est ratio dubitandi. In eo siquidem nil agente Imperatore, prædidisse Legatos Sedis Apostolicæ seu Adriani I. Petrum Archipresbyterum, & Petrum Abbatem S. Sabbæ, ipsius Synodi &c. testantur, in quibus isti nominantur, & subscribunt primi. Eidem prædidisse Sedem Apostolicam testatur *Nicolaus I. Epist. ad Michaëlem Imperatorem.*

De Synodo VIII. (quæ est Constantinopolitana IV.) agens *Adrianus II. Epist. 3. ad Basillum Imperatorem*: *Pollimus* (inquit) per vestra Pietatis industriam Constantinopolitano numero sum celebrari Concilium. Idem proinde Imperator, et si Concilio interfuerit, in fine tamen ejusdem proluxâ oratione testatus est, non esse suum nec ullius laici Ecclesiasticis se immiscere iudicis, tandem quæ post omnes Patriarchas ante Episcopos quidem, his istum ei honorem deferentibus, non quidem definiens, sed Synodum suscipiens, ac omnibus quæ ab ea definita sunt consentiens, subscripsit, protestatus se debuisse post Episcopos exemplo Constantiniani, Theodosij, & Marciani subscribere præfuerunt autem Legati Adriani II. Donatus & Stephanus Episcopi, & Marinus Diaconus, ideoque primi loquentes, primi subscribentes.

Ex quibus, & omnibus subsequentibus Conciliis generalibus in Occidente celebratis indicante & prædicente Sæcæ Apostolicæ, aperte patet calumniosa maledicentia & obiectatio Novatorum. Patet etiam, qualiter in legitima sanctione, indictione, convocatione Concilii per Imperatores Catholicos (Hæreticorum Imperatorum contraria acta curanda non sunt, quæ potius veritatem firmant) factâ includatur aut supponatur consensus & auctoritas Sedis Apostolicæ, esto non semper æquè clarè exprimitur; prout sanè exprimitur frequenter in præmissis, ut & à *Sixto III. Epist. ad Orientales* Dicente: *Valentinianus Augustus nostrâ auctoritate Synodum congregari iussit.* Quia nimirum generalium Synodorum convocandi auctoritas Apostolica Sedi B. Petri singulari privilegio tradita est, ut ait *Pelagius II. Epist. 8. ad Orientales.*

Agnosce

127. Cur Pontifices hac in re agnoscerent soliti sunt Imperatores.

Agnoscebant autem Pontifices hac in re Imperatorem, cum etiam quoad temporalia se quodammodo subiciebant, juxta Bellarminum lib. 1. de Conciliis c. 13. tum ob commeatum, expensas, defensionem Concilii contra violentias; quales visæ in Conciliabulo (quod Latrocinium Patres vocant) Ephesino sub Diocora: tum ad suavius & efficacius obtinendam eorum, quæ ipsi conciliis ordinantur, executione: tum quia celebranda erant Concilia in Urbem aliqua Imperiali, ad quod omnino congruebat, aut ratione gubernii politici oportebat, adesse beneplacitum Imperatoris: tum denique, quia olim vigeat lex Imperii L. 47. Digest. Tit. 22. prohibens metu seditionum fieri frequentem hominum conventus sine auctoritate Imperatoris. Non autem quasi non fuissent alioquin rata & legitima Concilia: nam (ut utar verbis Athanasii Epist. ad vitam solitariam colentes post med.) quando judicium Ecclesie auctoritatem suam ab Imperatore accepit? Ratione præfata consuetudinis Hieronymus Apol. 2. contra Rufinum paulo post med. eundem, quod ut Originem defenderet, Hilarium à Synodo excommunicatum falso effatiret, redarguit, dicens: *Doces, quis eo anno consules fuerint? Quis Imperator hanc Synodum iusserit congregari?*

128. An aliquo casu possit congregari generale Concilium sine auctoritate Papæ.

Petes I. An unquam possit convocari Concilium Generale sine auctoritate Papæ? Resp. perfectum congregari non posse, quod scilicet habeat potestatem definiendi res fidei & statuendi generalia decreta morum, atque adeo ordinandi universalem statum Ecclesie; sed in casu dubii de vero Papa, dum v. g. plures de Patru contendunt cum incertitudine (idem est, ut Varii exprimunt, si sit dubium ortum ex suspitione hæresis) posse congregari Concilium imperfectum, sive ex indictione Collegii Cardinalium, sive per ipsos Episcopos ex indictione & consensu Primum in unum locum convenientes, ad succurrendum præcisè necessitati præfenti, sive ad providendum Ecclesie de indubitato capite.

129. Quid si in necessitate nollit Papa Concilium generale congregari.

Petes II. Quid si urgente necessitate, Papa nollit congregari Concilium Generale? Resp. casum esse metaphysicum: quandoquidem non sit absoluta & physica Conciliorum generalium necessitas, ut *quest. seq.* dicitur; & eà datâ, Deus non sit derelicturus Ecclesiam à se immobiliter fundatam; qui proinde in mediis necessariis non deerit Ecclesie, quam etsi ad tempus relinqueret premi, non tamen unquam patietur supprimi.

130. Ad Synodum generalem non debent convenire omnes fideles.

Ad Concilium Generale quod attinet, certum est non debere ad illud convenire omnia Ecclesie membra; aut ex usu perpetuo, & impossibilitate ejusmodi numerosæ Congregationis consistat. Non etiam necessario convocari aut convenire

Herincx Sum. Theol. Pars III.

laicos, ut iudices sint & suffragium ferant; prout similiter patet ex Traditione & usu omnium Conciliorum. Non est quoque necessè, ut omnes Episcopi de facto ad Concilium generale conveniant per se aut procuratores suos. Id enim sæpè est impossibile. Et in multis Generalibus Conciliis, ne quidem media vel tertia pars comparuit. Sufficit enim generalis representatio Ecclesie. Ad quam requiritur primò, ut convocatio fiat per Romanum Pontificem, vel de ejus auctoritate, consensu, aut certè ratihabitione. Secundo, ut convocatio sit generalis, sic ut innoscat omnibus Provinciis, saltem majoribus; ipsaque Congregatio sit ita generalis, ut nullus excludatur Episcopus communionis Catholicæ seu non excommunicatus. Denique ut ex prioribus Christianis Provinciis aliqui veniant, qui ceterorum vices & vota suppleant: sic tamen, si Concilium celebretur in Oriente, sufficiat multos inde, & aliquos ex Occidente advenire: si in Occidente, multi inde, & aliqui ex Oriente adveniant; quatenus nempe sic representent ceterorum unitatem. Unde Concilium generale representat Ecclesiam, sicut Concilium Civitatis populum, & Concilia regionis regnum, etsi non omnes de plebe adsint, immo etsi aliqui de Magistratu aut Principibus adsint, modò non desit supremus vel ejus auctoritas cum multis aliis, qui civitatis aut regionis negotia tractent nomine omnium.

Neque laici ut iudices.

Neque de facto adesse omnes Episcopi.

Quæ sint requisita ut Ecclesiam universalem repræsentet.

131. Convocandi primario Episcopi.

Convocandi autem sunt primario Episcopi. Neque enim ulli potius: utpote successores ipsi Apostolorum, atque ex officio Pastores & capita Ecclesiarum, adeoque velut Optimates regni spiritualis Christi. Quod etiam usus perpetuus Ecclesie observavit. Ideoque in Concilio Chalcedonensi *Act. 1.* dicitur: *Synodus Episcoporum est, non clericorum: superflua foras mitte.*

Qui sunt in Concilio iudices cum decisivo suffragio.

Episcopi porro in Concilio sunt iudices definitives, adeoque cum suffragio etiam decisivo. Quapropter in antiquis Conciliis subscribunt statuendo, definiendo. Ipsaque Concilia dicuntur decernere, statuere, ordinare, iudicium ferre. Unde in Concilio etiam Apostolorum *Act. 15.* cum Petro iudices fuerunt reliqui Apostoli & seniores: *Visum est*, (inquiunt) *Spiritus sancto & nobis.* Et Jacobus ibidem dicebat: *Propter quod ego iudico.* Et præcepta ac decreta tamquam Apostolorum & seniorum executioni mandabantur *ibidem & cap. 16.* Aliàs quoque vocandi potius essent docti & prudentes Theologi tamquam aptiores Consiliarii, quam Episcopi sæpè parum periti, si tantum hi ad consultandum comparerent. Episcopi itaque vocantur tamquam potestatem habentes & sententiam ferentes.

K Nec

132. An Pontifex teneatur maiorem partem sequi.

Nec obstat, quod Pontifex non teneatur sequi pluralitatem suffragiorum. Nam (ut taceam non facile ostendi, Pontificem aliquando secutum fuisse minorem partem, seclusis fraude & dolo) id oritur ex eo, quod etsi merus præsides teneatur sequi sententiam majoris partis iudicium ejusdem tribunalis, ipse tamen Rex ad hoc non tenetur, si sequi velit plenitudinem potestatis, quâ posset oppositum decernere: quod consequenter etiam potest Papa tanquam supremus Ecclesie Princeps & caput, & aliquando fecit, ut patet in Concilio Chalcedonensi circa statutum de primatu Sedis Constantinopolitanæ super alias Sedes Patriarchales Orientis, contradicentibus Legatis Sedis Apostolicæ conceptum. Deinde ipse habet infallibilem Spiritus sancti assistentiam, quæ non competit Præsibus tribunalium hujus sæculi, neque ipsis Conciliis seorsim spectatis, quæ ipse debet confirmare, ut rata sint. Unde Concilia generalia (ut habet perpetuus usus) semper sunt per Pontifices confirmata, qui etiam nonnulla interdum confirmare decreta sunt, exinde firmitate carentia.

Pontifex est Concilia confirmare.

133. Jus suffragii potest Papa tribuere non Episcopis.

Et gaudent Cardinales & Generales ordinum.

Enimverò quamvis prerogativa suffragii Episcopis competat jure primario & ordinario, potest tamen communicari per Pontificem aliis; utpote independens à consecratione Episcopali, nec minus communicabilis, Quam cetera jurisdictionis Episcopalis. Unde cum Cardinales non Episcopi ex usu ac concessione Pontificum nunc præferantur Episcopis in iis, quæ ad ordine ipso Episcopali non dependent, videtur etiam iis competere jus suffragii. Quod similiter ex usu & concessione competit Generalibus Ordinibus. Idemque est de Abbatibus exemptis juxta Malderum disp. 1. de Conciliis dub. 4. Viri docti convocantur, non ad suffragium, sed ad examen & consultationem.

134. An sit laicis absolute communicabile.

De Laicis nullum est vestigium in antiquitate, quod umquam sit eis jus suffragii concessum. Nisi quoddam in Concilio Constantiensi sess. 22. ex Constitutione Synodali Legatis Regis Aragoniæ (inter quos non omnes videntur fuisse Clerici) ex gratia & singulari dumtaxat privilegio pro ista vice tantum concessum legatur (quod tamen sess. 38. immutatum fuit) ut quasi procuratores absentium haberent suffragium tantæ auctoritatis, quantum omnium Episcoporum suarum Provinciarum valerent.

Imperatores non subscribunt ut iudices.

Imperatores interdum subscripsisse leguntur, sed (ut ex præmissis liquet) post Præsides & Patriarchas, & regulariter etiam post Episcopos, nec tamquam iudices aut definitores, sed tamquam consentientes, defensori & executori potentia sua, quod Episcopi congregati ordinaverant; quod magis natum erat fieri, dum ab initio ordinationum erant consensu. Ob quam cau-

sam etiam posterioribus Conciliis interfuerunt, per se aut suos Oratores, tam Imperator, tum Reges & Reipublicæ auctoritates.

QUESTIO VII.

De Utilitate, Infallibilitate & Auctoritate Conciliorum.

UTILITAS & quasi necessitas Generalium Conciliorum sæpe in auctoritatibus inculcatur. Deserviunt enim, tum ad pullulantes de novo hæreses efficacius & junctis viribus eradicandas: tum ad schisma, quod in Romano Pontificatu oriri posset, tollendum: tum ad defensionem Ecclesie contra communem hostem, videlicet Turcam, ad deponendum Imperatorem Ecclesie rebellem: tum in causa dubii de electione Romani Pontificis, aut dum foret suspectus de hæresi vel incorrigibilis: tum ob reformationem generalem disciplinae Ecclesiasticæ. Decreta namque fidei & morum citius sic ubique innotescunt, & suavius per totam Ecclesiam recipiuntur: alias enim Nonnulli ignorantiam, alii alias excusationes prætexere possent, v. g. quod non fuerint ad ejusmodi decreta & definitiones vocati: forte etiam aliqui suggillando dicerent, quod Pontifex non adhibito Concilio generali possit errare.

135. Causa convocandi Generalia Concilia.

Nihilominus absoluta non est hujusmodi Conciliorum necessitas: utpote sine quibus Ecclesia stetit à temporibus Apostolorum usque ad tempora Concilii Nicæni: sine quibus non pauciores sunt contritæ hæreses, quam cum illis; uti & diversæ schismata, cooperantibus dumtaxat Conciliis particularibus. In quæstione etiam de vita aut fide Pontificum possunt eadem sufficere, prout hæc tenus suffecerunt; uti etiam per illa potest abusus obviari, & per Cardinales aut alia media dubium de electione Pontificia tolli.

136. Non prohibet absolutam necessitatem schismatis.

Continua tamen Ecclesie praxis & ordinatio ostendit aliquorum Conciliorum, saltem particularium, celebrationem esse necessariam: sine quibus pax & cetera bona Ecclesiarum conservari non possent: uti nec sine illis solet Pontifex graviores Ecclesie aut fidei causas decidere, utpote cui assistentia infallibilis competit adstricta mediis ordinariis humanæ inquisitionis præviis.

Aliquorum tamen Conciliorum est necessitas.

Concilia particularia sine confirmatione Pontificis, indubiè non sunt infallibilia: cum non iis, sed Pontifici & Ecclesie sit infallibilitas promissa. Et verò aliquando errant; signanter Carthaginiense sub Cypriano. Sunt nihilominus (quod ipsa ratio naturalis dicit) magnæ auctoritatis.

137. Particularia sine approbatione Pontificis possunt errare.

ritatis; praeterim quibus numerosa gravium Praelatorum copia in nomine Christi & sub invocatione Spiritus sancti adest; prout adfuerunt interdum centum aut ducenti, eoque amplius Episcopi. Si vero approbata sint per summum Pontificem, sunt infallibilis regula fidei & morum; uti agendo de infallibilitate Pontificis extra Concilium Generale dicitur *dist. seq. quaest. 4.*

Sic ut si sint ab eo probata.

138.

Cujusmodi sunt varia Concilia Nationalia, quibus Papa per se aut suos Legatos praesedit (quae ratione universalis capituli praesidentis interdum nomen Concilii generalis sortiuntur) v. g. Francofordiense, quoad quaestionem de adoptione Christi, Milevitanum, Arausicanum. Inno *Alphonsus a Castro lib. 1. de justa Haeretic. pun. c. 5.* censet decreta fidei per Synodos Provinciales edita, pro veris & indubitatis habenda, si Ecclesia postmodum nunquam contradixit; quasi ex hoc accedat tacita per consensum Ecclesiae confirmatio; cum alias Ecclesia non dissimulasset, sed errori occurrisset. Quod de illis Decretis, quae in communem Ecclesiae notitiam pervenerunt, admittendum apparet *Sylvo l. 5. Controvers. q. 2. art. 1. concl. 3.* quasi tunc silentium sit signum confirmans, & veluti virtualis Ecclesiae approbatio: praeterim cum viri docti passim talia decreta approbant, & tamquam dogmata Catholica tradunt. Pro quo ipse adfert *Banez 2. 2. quaest. 1. art. 10. dub. 3.* qui addit hujusmodi Concilia esse plurima, Tolertana, Arelatensia, Hispalensia, & alia quaedam.

Quamvis illa sint.

139.

Concilia generalia simul cum Pontifice spectata vel ab eo confirmata, indubie sunt infallibilia in materia fidei aut decretis morum; adeo ut qui pertinaciter obstitit definitis ab ejusmodi Concilio in materia doctrinali, sit haereticus. Est certum apud omnes Catholicos. Et patet primo, tum ex dictis de infallibilitate Ecclesiae *quaest. 5.* cum enim infallibile sit illius judicium, necessario debet esse tale, si utquam, quando profertur in Concilio generali una cum capite. Tum a fortiori ex dicendis *dist. seq. quaest. 3.* de infallibilitate Pontificis Romani etiam extra Concilium generale aliquid definitis.

Probatur I.

140.

Patet II. quia alioquin Ecclesia (quae non quidem materialiter, sed repraesentative est in Concilio generali: immo quae est in eo auctoritative) non esset columna & firmamentum veritatis, & portae inferi adversus eam aliquando praevalerent, sive mendacii & erroris pater diabolus; Spiritus insuper veritatis non maneret cum ea in aeternum, ipseque Christus contra promissionem suam convinceretur Ecclesiam deserere, cum qua usque ad consummationem saeculi se futurum addixit, *Herincx Sum. Theol. Pars III.*

Probatur II.

ei scilicet assistendo per illuminationes & directiones exhibendas Apostolis eorumque successoribus in iis quae ad fidei conservationem pertinent.

Confirmatur: quia si Pastores seu Episcopi cum supremo suo in terris capite legitime congregati in fide errarent, necessario consequeretur error totius Ecclesiae; cum ceteri omnes graviter teneantur sequi & amplecti id, quod conciliariter ab iis traditur ac definitur.

141. Probatur III.

Patet III. Ex continua praxi & usu Conciliorum generalium, quae res controversas pro re nota determinant, pertinaciter resistentes anathematizant; ac pro haereticis habent, uti & habeantur ab universa Ecclesia seu Fidelibus. Et plane esset eo magis intolerabilis, quo amplius inveteratus error Ecclesiae, quod ipsa in Conciliis generalibus praesumpserit, atque usque hodie praesumat proponere & tamquam infallibiliter determinare, & quidem sub tam gravi interminatione, res fidei controversas, si hoc ipsum potestatem Conciliorum & Pontificis superaret, adeoque res ipsae dubiae remaneret.

Probatur IV.

Patet IV. Quia alioquin non superesset in Ecclesia firmum judicium, quo componi possent controversae fidei, & conservari Ecclesiae unitas, si illud Concilio generali per Pontificem approbato denegetur: quo nil majus aut solidius excogitari potest. Effugium porro Novatorum ad Scripturam solum, (quam quisque pro se stare contendit) judicium provocantium, frivolum est, & ex professo praecclusum *q. 5.*

242. Probatur V.

Patet V. Quia alias merito possent revocari in dubium seu disputationem dudum damnatae & sepultae haereses: diceret enim Arius errasse Nicenum, Macedonius errasse Constantinopolitanum, Nestorius errasse Ephesinum, Eutiches errasse Chalcedonense; & sic de ceteris. Perpetuus autem Ecclesiae usus habet, semel ab hujusmodi Concilio definita non posse umquam retractari aut in dubium vocari. Quod etiam expressit *Gelasius I. Epist. 13. ad Episcopos Dardania*, rationem subdès: *Quoniam si decreta salubriter cuique liceat detrare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabilem persisteret Ecclesiam constitutum.*

144. Probatur VI.

Patet VI. Quia ejusmodi Concilia se dicunt in Spiritu sancto congregata, eorumque statuta dicuntur esse a Spiritu sancto, juxta illud *Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis.* Unde *Cyrillus l. 1. de Trinitate* decretum Concilii Niceni vocat *Sanctissimum & divinum oraculum*, & *Epist. 1. de Patribus* ejusdem Synodi dicit, quod *in culpa a fidei determinationem, loquente in illis quod verum est in Spiritu sancto, protulerunt.* Et *Leo Papa Epist. 53.* asserit Canones Nicenos *per Spiritum sanctum verè ordinatos esse.* Et *Epist. 54.* Spiritum sancto instrumto conditos esse. Vide etiam *Epist. 55. & 61.* Hinc *Gregor. l. 1. Ep. 24.*

anathema dicit non recipientibus quinque Concilia generalia (quæ tunc sola erant celebrata) additque se quatuor prima Concilia generalia (quibus deus quintum adjicit, & æquiparat) suscipere ac venerari sicut sancti Evangelii quatuor libros. Hinc etiam Ambrosius Epist. 13. ait: Sequor tractatum Concilii Nicæni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare. Quare & plures pro veritate in Concilio generali definita martyrium subierunt.

Probatur VII.

Patet VII. Quia aliis non esset certitudo fidei de variis partibus sacræ Scripturæ, & in ea contentis, v. g. Epistola ad Hæbreos, Secunda Petri, & de quibus aliquando fuit dubitatum, & ex sola definitione Ecclesiæ constat quod sint sacra Scriptura.

Accedit, quod si (ut Christus ait Matth. 18.) ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, quomodo non erit inter eos, quando universæ Ecclesiæ Prælati & iudices conveniunt, auctori de fide & hominum salute, de quæ totius Ecclesiæ gubernatione? Ita ratiocinantur varia Concilia & Patres.

144. Distinctio nos, non vero disputationes aut probationes sunt fidei.

Prædicta sunt intelligenda de ipsis Conciliorum decretis & definitionibus, quæ proponuntur credenda; eis enim dissentire pertinaciter est hæresis. Disputationes autem; quæ decretis præmittuntur, vel rationes singulæ, quæ adducuntur, non sunt de fide. Quod etiam locum habet in decretis seu definitionibus Pontificum, quæ fiunt extra Concilium generale. Unde patet, quod et si definitiones Ecclesiæ pari fide atque ipsi Scriptura sint suscipiendæ: eminentatamen sacra Scriptura; quod omnia omnino; quæ Scriptura dicit, sint fidei, sic ut neque in ratione, neque in particulari facto allegando possit vel minimus error obrepere; secus quam in Conciliis. Quæ etiam indigent confirmatione Papæ; secus quam Scriptura.

Eminentia scripturæ præ Conciliis.

145. Concilia plenaria priora qui juxta Augustinum emendantur posterioribus.

Nec obstat I. Quod Augustinus l. 2. de Bapt. contra Donatist. c. 3. dicat, plenaria Concilia priora emendantur posterioribus. Respondent Quidam Augustinum nomine Conciliorum plenariorum intelligere natio alia conformiter ad ipsum loquendi ejusdem Augustini l. Retract. 17. & Epist. 47. & Concilio Carthagenensi III. (cui Augustinus interfuit) can. 38. sic loquentis de Synodo Capuensi. Sed contra facit, quod Augustinus loco objecto plenaria concilia describat esse ea, quæ sunt ex universo orbe Christiano. Dico itaque Augustinum non loqui de Conciliorum hujusmodi, si legitima & probata fuerint, emendatione in quæstionibus fidei semel definitis, sed eorum, quæ consistunt in specialibus factis v.g. vel quæ spectant ad disciplinam Ecclesiasticam, ritus, aliasque consuetudines, quæ pro diversitate temporum & personarum subinde congruè variari debent, dum quod uno tempore & loco expedit, alio non esse expediens, ali-

quo (ut loquitur) experimento rerum aperitur.

Non obstat II. Quod idem Augustinus l. 3. contra Maximin. c. 14. ait: Nec ego Nicæanum, nec tu debes Ariminense tamquam præjudicaturus proferre Concilium. Nam ut disputatio pergeret, conserbat Augustinus, cui optima argumenta & sufficientissima ex Scripturis suppetebant (quas velut testes communes etiam Adversarius admittebat) esse opportunum superfedere ad hunc utriusque Concilii; & declinare disputationem de auctoritatis invaliditate, quamvis illud tamquam verè legitimum Augustinus admitteret, istud autem, verè Conciliabulum, Maximinus Episcopus Arianorum extolleret. Quod quidem familiare est disputantibus contra Hæreticos.

Non obstat III. quod Nazianzenus Epist. 55. aliis 42. ad Procopium scribat se ita animo affectum, ut omnia Episcoporum Concilia fugiat, quoniam nullius Concilii finem lacum faustumque, videt &c. Nam non negat Nazianzenus ea, si legitima, universalis & probata sint, facere certam fidem. Neque etiam ipsa legitima Concilia generalia fugit, qui ipse Concilio Constantinopolitano interfuit, & Nicænum Concilium maximè propugnavit; aded ut Tractatum de Fide sic concludat: Nicæne Synodi tractatum, omni animi nisu ex tota fide servantes, amplectimur &c. In quo Athanasius cum aliis Patribus, quos (ut loquitur Nazianzenus Orat. in Laudè Athanasii) Spiritus sanctus in unum coegerat, quantum in ipso sunt, morbum compressit. Vide etiam Epist. 2. ad Cleodionem adversus Apollinarium. Quia tamen inter Nicænum & Constantinopolitanum varia Concilia particularia, præsertim illegitima, & infauti exitus, celebrata erant, v. g. Seleucienle, Mediolanense &c, non probabat Gregorius iterum tentari Concilium, ad quod, utique particulari, nomine Imperatoris à Procopio vocabatur: uti & ipsi Basilio coætaneo Epist. 52. ad Athanas. videbatur difficile, eo tempore communi ac Synodico decreto aliquos ad Romanum Episcopum destinare & proinde Sykodom celebrari.

Non obstat IV. Quod varii diversorum Conciliorum errores allegentur. Sed hi (quæ sparsim in decursu Theologiæ ventitantur) partim sunt errores Conciliorum particularium, vel illegitimorum seu universim aut in hac parte reprobatorum, partim sunt ipsissima veritas Catholica: partim verba allegantur & explicantur ab Hæreticis in sensu à mente Conciliorum alieno.

Remanet autem difficultas, an Concilia generalia sint infallibilia ante confirmationem Pontificis: si saltem intersint Pontificis Legati. Ibi distinctione opus est: nam si Legati Pontificis habeant certam instructionem, eamque ipsi cum Concilio sequantur (prout mox solebant ple-

rumque

146. Alius Augustini locus exponitur.

147. Nazianzenus non esse adversarium, sed patronum generalium Conciliorum legitimum ostenditur.

Errores illi falsè ab Hæreticis asseruntur.

148. An Concilium generale sit infallibile ante confirmationem Pontificis.

st Legati
instru-
nem certam
& habeant
& sequan-
tur.

rumque Legati ad Concilia orientis, cum mandato, ut si consentiat Synodus formetur decretum; sin vero, differatur, donec Papa consultus respondeat: fecus quam factum sit in Tridentino ob nigriam tractatorum multipliciter, satis constat inter Doctores, tale Concilium esse infallibile: tunc enim consensui corporis adest consensus expressus & velut praevia confirmatio capitis. Unde in huiusmodi Conciliis, fit executio, & contradictores non solum dantur, sed etiam a sacerdotio, Episcopatu &c. ipso facto deponuntur. Quamvis etiam tunc Concilia ad maiorem firmitatem, utque Orbi constet, quod omnia secundum instructionem aut mentem Pontificis sint peracta, solita sint petere confirmationem. Prout fecit Concilium Chalcedonense, ut patet ex Leone Papa Epist. 61.

149.
Quid si
eam non se-
quantur.

Si autem Legati non sequantur instructionem Pontificis (sicut in quodam Concilio Constantinopolitano egerunt Legati Nicolaus I. ipso teste in Epist. 1. ad Episcopos Asiae & Lybiae To. 3. Concil.) aut invitatis Legatis Concilium contra malignetur; prout de facto malignatum fuit Conciliabulum Ephesinum (quod praedictorium seu Latrocinium Veteres vocarunt) alioquin legitime per Leonem Papam indictum, habetque ejus Legatos praesentes sed repugnantes; constat satis apud omnes tale Concilium posse errare, prout eadem Concilia errant. Sic etiam Concilium Chalcedonense absentibus Legatis Papae formarat decretum Nicæno contrarium de praesentia Episcopi Constantinopolitani ante omnes Patriarchas post Episcopum Romanum; contra quod postea Legati sunt protestati; quodque Leo Papa postmodum reprobavit in variis Epistolis, signanter Epist. 55. confirmans idem Concilium quoad acta contra Eutychetem, seu in sola fidei causa, ut ait Epist. 61.

150.
Quid de-
nique si Le-
gati instru-
tione care-
ant, &
Patres sin-
dri procedant.
Opinio af-
firmans in-
fallibilitatem
propo-
nuntur.

Quod si denique Legati non habeant specialem instructionem, tamen sincere sub obedientia Pontificis cum iis Concilium procedat, ac materias fidei determinet, adhuc ipsum habere infallibilitatem ante confirmationem. Varii docent: tum quia de facto nullum tale Concilium erravit: tum quia, etiam ante confirmationem Pontificis, & in praesenti, assensit se congregatum in Spiritu sancto, definit, dicit anathema &c. etiam ad maiorem firmitatem (cum res sit controversa) seu de abundantia petatur & accedat confirmatio Pontificis. Tum quia tale Concilium perfecte representat Ecclesiam, scilicet corpus cum suo capite, representato in suis Legatis, habentibus, ut supponitur, plenariam delegationem; ut proinde dum sententia Legatorum accedit, maior pars Concilii, sufficienter, saltem implicite, adeste videatur etiam sententia ipsius Papae.

151.
Opinio no-

Nihilominus Bellarminus l. 2. de Concil. Herinex Sum. Theol. Pars III.

6. 11. & plerique alii secus censent, eod quod firmitas Concilii fundetur in consensione corporis cum capite, quod quidem caput in casu questionis, nondum aperuit sensum suum. Deinde infallibilitas iudicii est prerogativa personalis Petri & successorum, non delegabilis; adeoque non communicabilis Legatis, qui sicut instructione praediti possunt ab ea & veritate deviare, sic & instructione carentes. Ut proinde absente Capite vel ejus definitione aut confirmatione, non omnino perfecte representetur Ecclesia. Definitiones autem Conciliorum, etsi de praesenti loquentes, censentur subordinari & referri ad sublequentem (quam secutus in supponunt) confirmationem. Quare confirmationem ipsa semper adeo sollicitè petierunt; ut patet ex Leone X. in Concilio Lateranensi sess. 11. & novissime suffragiis omnium Patrum petiit Concilium Tridentinum. Ante confirmationem proinde non est iudicium ultimum & irtractabile. Adde tamen, frequenter fuisse Papam antecederet consultum de sua sententia: damnationem quoque saepe referri ad jam antea factis danata & pro damnatis habita. Quibus rationibus interdum ante confirmationem Papae processum est in Conciliis ad damnationem & depositionem seu punitionem haereticorum pertinacium. Alioquin in rigore a sententia talis Concilii ante confirmationem adhuc recurri seu appellari posset ad Papam, poenes quem est ultimum iudicium.

gans pra-
ferunt.

Origo Conciliorum fundamentum quidem habet in veteri Lege Num. 11. ubi post institutionem Pontificis divino iussu institutum fuit Concilium Septuaginta Seniorum. Item in Evangelio Matth. 18. ubi Christus praesentiam seu assistentiam promissit congregandis in nomine suo. Item in facto famosiore Apostolorum Act. 15. Ultra quod Collectiones seu Concilia Apostolica varia recensentur a Nonnullis, scilicet Act. 1. pro electione Matthiae; Act. 6. pro electione septem Diaconorum; Act. 20. ubi Paulus vocavit majores natu Ecclesiae; Act. 21. ubi Paulo introeunte ad Jacobum coeheri sunt Seniores: denique quando Apostoli in unum convenientes Symbolum (quod Apostolorum dicitur) composuerunt. Apostolorum normam Ecclesia secuta jugiter sua Concilia celebrat. Unde instinctu indubie Spiritus sancti, uti Apostoli, ita Ecclesia instituit & adhibet Concilia.

152.
Que Ori-
go Concilio-
rum.

Varia Non-
nulli recen-
sent Aposto-
lorum Con-
cilia.

Sed fuerunt Quidam, qui existimant Concilium generale habere immediate suam potestatem seu auctoritatem ab ipso Christo seu Deo. Estque connexum doctrinae illorum, qui eidem subiciebant ipsum Papam. Unde conformiter Concilium Constantinense sess. 4. statuit & decrevit, quod ipsa Synodus in Spiritu sancto congregata legitime, generale Concilium faciens, Ecclesiam

153.
Concilium
generale
auctorita-
tem suam
habere im-
mediate a
Christo olim
quidam di-
xerunt.



clesiam universalem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis, existat, obedire tenetur.

Quod refertur,

Verùm neque ex Scriptura, neque ex traditione constat de hujusmodi potestate. Inde enim solum constat de suprema potestate datà ipsi Pontifici tamquam capiti in universalem Ecclesiam: ut proinde ex capite potius potestas flueret in ipsum corpus seu Concilia; prout juxta rectum ordinem corpus recipit motum & influxum à suo capite: prout etiam inde derivatur potestas in ipsos particularium Ecclesiarum Prælatos juxta veriorum sententiam. Deinde potestas ista est excogitata ad subjugandum Papam Concilio; cui ipsum subjugari non posse, patebit ex mox dicendis. Confirmatur: quia potestas ista non est eadem, vel æqualis cum potestate Pontificia: Concilium enim non est summus Pontifex, neque possunt simul esse duo suprema capita in Ecclesia; nec denique id sufficeret ad subordinandum Papam Concilio, cum par in parem non habeat potestatem. Non est major: sic enim stante Concilio definiret Papa esse caput & habere supremam potestatem. Non minor: quia illa potestas foret supervacanea, competensque Episcopis etiam extra congregationem, ac impertinens ad intentum istius sententiæ, scilicet subjugandum Papam Concilio.

154.
Concilium generale esse supra Papam quidam olim docuerunt.

Concilium porro esse supra Papam, uti Congregationem generalem Religionis supra Præfectum generalem, censuerunt Gerson, Almainus, Cardinalis Florentinus, Panormitanus, Abulensis & quidam alii; id existimantes opportunum tollendo per substitutionem novi Pontificis, aliis depositis, schismati inveterato, quod fuerat circa tempora Concilii Pisani & Constantiensis. Unde & ipsum Concilium Constantiense sess. 4. id præsupposuit, ac decrevit. Et paulò post idem communi consensu stabilitum est in Basiliensi. Hi proinde considerant supremam potestatem principaliter datam Ecclesiæ sic universaliter congregatæ; quæ quoniam semper ita perseverare congregata nequit à Christo institutus sit Pontifex cum hac potestate, nomine Ecclesiæ ab ipso, tamquam instrumento ejusdem Ecclesiæ, exercendâ, sic tamen ut in usu potestatis pertineat ad Ecclesiam universaliter congregatam directio ipsius Pontificis.

155.
Oppositum esse certum.

Quod tradit Concilium Lateranense ultimum.

Verùm contraria doctrina est omnino certa & Catholica: quam expressit Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 11. docens, pœnes solum Pontificem tamquam super omnia Concilia auctoritatem habentem, esse Conciliorum indicendorum, transferendorum aut dissolvendorum plenum jus & potestatem: idq. nedum ex sacra Scriptura testimonio & dictis sanctorum Patrum, sed propria etiam eorumdem Conciliorum confessione manifestè

constare. Ut proinde non pateat hodie effugium Contra-sententiis, nisi forsè dicant ista non definiri ibidem sub anathemate. Quod quidem ad summum posset ipsos exulare à perfecta hæresi.

Colligitur ex Scriptura *Matth. 16.* ubi docetur Petrum & consequenter ejus successorem Pontificem, esse caput & rectorem, uti fundamentum, non tantum singulorum fidelium, sed & ipsius universalis Ecclesiæ; quæ collectivè sumpta (quod & ipsum nomen importat) supra istam petram fundatur & ab ea sustentatur; quamquam potestas immediatè à Christo data Petro, sit ei concessa ad utilitatem ipsius Ecclesiæ. Similiter *Joan. 21.* Petrus statuitur Pastor universalis ovium Christi: Pastor autem præest non tantum singulis ovibus, sed etiam toti ovili.

Consonat Scripturæ modus loquendi Conciliorum. Nam *Actes Concilii Chalcedonensis in Epist. ad Leonem Papam* (quæ habetur post *Act. 16.*) sic vocant illius filios, ipsum verò caput: *Quibus* (inquiunt) *tu quidem sicut membrum caput præeris*; petuntque humiliter confirmari decreta Concilii: quo non obstante Leo auctoritate Apostolicâ decretum factum circa præeminentiam Sedis Constantinopolitanæ cassavit. *Florentinum in Litteris Unionis* definit Pontificem Romanum esse totius Ecclesiæ caput; & ipsi regende universalem Ecclesiam (atque adeo omnes coadunatos) à Domino plenam potestatem traditam esse.

Hinc illa vox antiquorum Conciliorum (quam resumit S. Bonifacius Germaniæ Apostolus, & refertur c. *Si Papa d. 40.*) quod Papa seu prima Sedes à nemine judicatur; quæ proinde à solo Deo, non ab homine, potest judicari, ut loquitur Bonifacius VIII. *Extravag. Unam Sanctam, de Majorib. & obed.*

Hinc omnia Concilia ad ejus examen revocantur; & quæ solo contradicente, robor obtinere nequeunt, sic ut omnia Concilia per Romanam Ecclesiam auctoritatem & facta sint, & robor acceperint, & in eorum statutis, Romani Pontificis patentæ excipiatur auctoritas, ut habet Paschasius Papa c. *Significasti 4. Electi.* Quibus (ait ait Symmachus c. *Bope d. 96.*) *consuevit tribuere firmitatem.*

Hinc denique est, quod *Basilius Epist. 52. ad Athanasium* consulat, ut rogetur Romanus Pontifex, quatenus per Nuntios irriter acta Concilii Ariminensis. Hinc denique à Synodis, ab Episcopis & Patriarchis ad Papam appellatur; uti Athanasius & Paulus à Concilio depositi appellunt ad Julianum Papam, à quo sunt restituti; Flavianus & Theodoretus ab Ephesino II. ad Leonem Papam, Chrysothomus ad Innocentium I. &c.

Accedit, quod Ecclesia sit regnum seu Monarchia, adeoque non pœnes ipsam rempubli-

Colligitur ex Scriptura.

156.
Et modo loquendi Conciliorum.

157.
Robur Conciliorum à Pontifice.

publicam, sed pœnes unum aliquem sit
suprema potestas: quodque ex nullo capite
constet potestas ista Conciliorum.

158. Ad Concilium Constantiense respon-
tur ipsum hac in parte nō esse approbatum
à Martino V. qui solum probavit ea quæ
conciliariter decreta erant; idque in materia
fidei, nempe contra *Wiceliffitas & Hussitas*.
Decretum porro istud est factum *sess. 4.*
(quando à Concilio discesserat Joannes
XXIII. nullo ejus loco præsidete, nulli quo-
que aderat Prælati de obedientia Gregorii
XII. aut Benedicti XIII.) non conciliariter,
& absque disquisitione in Conciliis consuetâ,
veluti explicativum opinionis de sua pote-
state, ac opportunè præambulum tollendo
schismati; cum manifestum sit, non fuisse
rem istam tamquam fidei tractatam, neque
intentum Patrum fuisse ibi dogmata fidei
tradere aut errores damnare. Similiter *Con-
cilium Basileense* erravit: quod quidem erat
legitimè indictum, sed mox degeneravit
in schismaticum, seditiosum & nullius pro-
fus auctoritatis Conciliabulum (prout de-
claratur in *Lateranensi ult. sess. 11.*) ab Ec-
clesia reprobatur; in quo temerariè atten-
tatâ depositione Eugenii IV. electus est
Amadæus Dux Sabaudia Antipapa, Dicitur
postea Felix V. qui cum dein cederet Pseu-
do pontificatui, Nicolaus V. pacis gratiâ ap-
probavit quasdam Constitutiones ibidem
circa beneficia Ecclesiastica editas. Viden-
da sunt, quæ Pius II. antea Dicitur Eneas
Sylvius scribit in Bulla retractationis à se
juvene scriptorum, ac dudum ante Ponti-
ficatum retractatorum.

Ut autem Syllabus Conciliorum Gene-
ralium ab Ecclesia probatorum aut repro-
batorum sit cuique ad manum, singula hîc
breviter recensendo.

Concilia Generalia approbata.

159. *Concilia
Generalia
Orientis re-
enumerantur.*
I. **I**TAQUE Generale Concilium est Ni-
cænum 318. Episcoporum tempori-
bus Sylvæstri Papæ I. celebratum, ratione
quæstionis de celebrâdo Pascha aliter quam
more Judæorum, qui id celebrabant die
quintadecimâ mensis primi: & ratione Arij
negantis divinitatem Christi. Cænes hujus
Synodi pravorum hominum Bædiiis
multi perierunt.

II. Constantinopolitanum 150. Episco-
porum tempore Damasi Papæ congrega-
tum contra Macedonium Episcopum Con-
stantinopolitanum negantem divinitatem
Spiritus sancti; probatumque quoad ea, quæ
de fide ibi constituta sunt.

III. Ephesinum 200. Episcoporum
tempore Cælestini I. contra Nestorium A-
videntem Christum in duas personas, &
consequenter negantem P. Virginem Ma-
riam esse Deiparam.

IV. Chalcedonense Episcoporum 630.
tempore Leonis Papæ contra Euthychen

admittentem in Christo solum unicam na-
turam: quod Leo probavit quoad acta in
materia fidei.

V. Constantinopolitanum II. Episco-
porum 165. tempore Vigili Papæ cele-
bratum anno 553. in quo reprobantur er-
rores Origenis, Theodori Mopvesteni,
Scripta Theodoretæ contra S. Cyrillum, &
Epistola Iba.

VI. Constantinopolitanum III. Episco-
porum 289. tempore Agathonis Papæ
celebratum circa annum 680. contra Mo-
nothelitas. Per errorem tamen non levem
in indice Conciliorum præambulo Prælu-
diis *Francisci Longi Corsolani* numerus iste
Episcoporum, hæresis eadem damnata, Le-
gati Agathonis Papæ statuuntur in Con-
cilio V. ante centum annos ante tempora
Agathonis celebrato, juxta ipsum *Longum*
in *Summa Conciliorum*.

VII. Nicænum II. Episcoporum 350.
tempore Adriani I. anno 787. celebratum
contra Iconomachos.

VIII. Constantinopolitanum IV. Episco-
porum 383. tempore Adriani II. celebra-
tum pro Ignatio Patriarcha Constantino-
politano contra Photium intrusum; in quo
etiam cultus sacrarum Imaginum confir-
matus est. De his octo Conciliis generali-
bus in Oriente celebratis extat Decretum
C. *Sancta Dist. 16.* Ut proinde perperam
Synodus Florentina appelletur VIII. Ge-
neralis. Litteræ porro Joannis VIII. quasi
improbantis acta hujus Synodi, sunt à Pho-
tio falsatæ.

IX. Et inter ea quæ in Occidente cele-
brata sunt primum, est Lateranense 300. &
amplius Episcoporum, tempore Calixti II.
anno 1122. pro pace & concordia inter
Ecclesiam & Imperium, morumque refor-
matione, nec non pro terra Sancta à Sara-
cenis recuperanda. Acta hujus Concilii in-
terierunt. V. *de Binum in Notis*.

160.
*Concilia
Generalia
Occidentis
enumerantur.*

X. Lateranense II. Episcoporum ferè
mille tempore Innocentii II. anno 1139.
celebratum contra Antipapam, & Arnoldum
de Brixia, ac pro reformatione morum.
Acta hujus Concilii non extant juxta *Bi-
nium*: attamen Canones ex Bibliotheca Va-
ticana recenter editos recitat *Longus* in
Summa Conciliorum.

XI. Lateranense III. Episcoporum 300.
tempore Alexandri Papæ III. anno 1179.
contra Catharos (quos Waldenses & Albi-
genses alii appellant) & Schismaticos ab
Antipapis ordinatos, ac pro reformatione
morum.

XII. Lateranense IV. Episcoporum ad-
minus 400. aliorum verò Patrum, puta
Abbatum, Priorum Conventualium 800.
tempore Innocentii III. celebratum anno
1215. contra hæreses Albigenum & Al-
marici, ac errores Abbatis Joachim, nec non
pro recuperatione terræ sanctæ, ac refor-
matione morum.

XIII. Lugdunense I. Episcoporum 140. tempore Innocentii IV. celebratum anno 1246. causâ Frederici Imperatoris deponendi, expeditionisquæ in terram sanctam suscipiendâ.

XIV. Lugdunense II. Episcoporum plusquam 700. (juxta alios 500.) tempore Gregorii X. anno 1274. celebratum contra Græcorum errores & pro recuperatione terræ sanctæ, aliisque de causis. In quo operâ & studio S. Bonaventuræ unio Ecclesiæ Græcæ cum Latina facta est.

XV. Viennense Episcoporum 300. & amplius, tempore Clementis V. anno 1311. celebratum contra varias hæreses, scilicet Fratricellorum, Begardorum & Beguinarum: in quo etiam Ordo Templariorum extinctus, & varietate factæ Constitutiones, editæ sub nomine Clementinarum.

XVI. Florentinum anno 1438. Ferrariæ inchoatum, & ratione pestis Florentiæ anno 1439. absolutum sub Eugenio IV. contra errores Græcorum, qui ibidem Ecclesiæ Latinæ conjuncti, unâ cum Armenis. Cui subscripserunt Episcopi 141. cum interim diversi recessissent.

XVII. Lateranense V. & ultimum anno 1512. sub Julio II. inchoatum, & anno 1517. sub Leone X. finitum Episcoporum 114. ad tollendum schisma, quod per Conciliabulum Pisanum celebratum anno 1511. propagabatur, item ad Principum concordiam, Clericis ac populi reformationem.

XVIII. Tridentinum ceptum anno 1545. sub Paulo III. continuatum sub Julio III. & finitum anno 1563. sub Pio IV. celebratum contra hæreses varias istius sæculi, præsertim Lutheranorum. Cui subscripserunt 255. videlicet Legati 4. Cardinales 2. Patriarchæ 6. Archiepiscopi 25. Episcopi 168. Abbates 7. Procuratores absentium 39. Generales Ordinum 7. Et si ex Villapandæo alium numerum Patrum, qui interfuerunt referat Bellarminus l. 1. de Concil. c. 5.

Concilia Generalia reprobata.

161.
Concilia
Generalia
reprobata.

I. INTER Concilia reprobata, primum (quod Ariani velut Generale obtrudunt) est Antiochenum anno 345. (ut habet Sylvius & Longus in Indice) vel potius anno 340. (ut ex *Binio* transcribit postea idem Longus in *Notis*) celebratum tempore Julii I. factione Eusebianorum, qui verè Ariani erant, ibique Athanasium damnarunt, viamque eversioni Nicænæ Synodi pararunt.

II. Mediolanense Episcoporum plusquam 300. tempore Liberii Papæ anno 153. in causa Athanasii habitum; quod quidem fuit verius tyrannica consultatio, Arianorumque conjuratio, justissimèque reprobatum Conciliabulum.

III. Ephesinum II. (quod Synodum præ-

datoriam Veteres vocarunt) tempore Theodosii junioris anno 449. in quo factione Diocæsori occisus est S. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus; Legati Leonis Papæ fugati, hæresisque Eutichiana confirmata.

IV. Constantinopolitanum sub Leone Isauro coactum anno 730. contra sacras Imagines. Cui è Patriarchis solus interfuit S. Germanus Episcopus Constantinopolitanus, qui quòd actis consentire nollet, à Sede sua dejectus est. Ita Bellarminus l. 1. de Concil. c. 6. Mirum tamen, hujus Concilii non fieri mentionem à *Baronio*, aut in *Tomis Conciliorum Bini*, aut *Summa Francisci Longi*; qui tamen in Indice præambulo illud intruderat ad annum 728.

V. Constantinopolitanum (quod VII. Synodum appellant Iconomachi) sub Constantino Copronymo, & Pseudopatriarcha Constantinopolitano anno 754. Episcoporum 338. contra sanctas Imagines, reprobatum in *Synodo VII. act. 6.*

VI. Pisanum ab Imperatore & Rege Galliæ ac aliquot Cardinalibus coactum anno 1511. contra Julium II. reprobatum in Concilio Lateranensi sub eodem Julio II. *sess. 2. & 3.*

Inter Concilia reprobata solet etiam recitari Concilium Arimense, signanter à *Francisco Longo* in Indice memorato. Qui tamè in *Summa ex Binio* rectius distinguit duo Concilia, unum generale legitimum Episcoporum plusquam 400. qui omnes ferè Catholici, anno 359. habitum tempore Liberii Papæ, in quo fides Ariana condemnata fuit, fidesque Nicæna confirmata. Alterum, Conciliabulum illegitimum & reprobatum, post aliquot menses à dissolutione Concilii ibidem coactum, in quo fraude Arianorum, Ursacii præsertim & Valentis, ac metu minisque Imperatoris consentientibus ferè omnibus Episcopis Catholicis, præter Librium, Servatium Tungrensem, & paucos alios, nomen *Homouzion* abolitum fuit. Vide *Baronium ad annum 359. Binum* in notis ad Concilium, & Conciliabulum Arimense.

De nostrorum Hæreticorum Synodis, Wittenbergensi, Basileensi, Figurina, Bernensi & Nationali (sic vocant) Dordracena, nil attinet dicere: cuiusque enim Catholico notissimum est, fuisse mera Conciliabula, nomineque Concilii proflus indigna.

Concilia partim approbata, partim reprobata.

INTER Concilia partim approbata, partim reprobata, primum censetur Sardinense Episcoporum 376. è quibus trecentos fidem Catholicam firmasse, reliquos septuaginta sex Orientales Arianam fidem scripsisse, ait Bellarminus l. 1. de Conciliis c. 7. An hujus & Fran-

162.
Quid censendum de Concilio Arimense.

163.
Concilia partim approbata, partim reprobata. An hujus & Fran-

164. *Quid cen-
sendum de
Synodo Syr-
mieni.*

& Franciscus Longus in Indice Concilio-
rum Summæ præambulo. Qui tamen in
ipsa Summa in Notis ad D. Concilium ex
Bino verbatim transcribens rectius ad-
vertit, fuisse duo Concilia; unum Sardicen-
se legitimum & Oecumenicum anno 347. ce-
lebratum, quod est Nicæni appendix, cum
quo etiam velut unum censetur, & sub e-
ius nomine aliquando ejus Canones citan-
tur: tum quia solum in eo fides Nicæna
cum suis Canonibus confirmata & explica-
ta fuit. Unde Canones utriusque Concilii,
quasi unius forent, conjuncti habentur in
Romana Bibliotheca, & antiquo Exemplari
Monasterii Vedastini Atrebatii, quod ante
annos mille & centum è Græco venit *Dio-
nysius Exiguus*. Patres plusquam 300. qui
huic Concilio interfuerant & subscripse-
runt, omnes Catholici erant, præsentibus
Legatis Sedis Apostolicæ Archidamo &
Philoxeno Presbyteris. Alterum Concilia-
bulum Demiariorum, e mentito & di-
vulgato Concilii Sardicensis nomine ce-
lebratum sub idem tempus vel anno sequenti
Ariani, Sardicæ per fugam dilapsi, Philip-
popoli in Thracia, in quo quintam perfidi-
æ formulam fabricarunt, damnatis quid-
em specietenus quibusdam Arii positioni-
bus, at nomine Consubstantialitatis calli-
dè omisso. Et hinc occasio deceptionis in
multis Scriptoribus.

Secundò inter partim approbata, partim
reprobata statuitur post *Bellarminum l. 1. de
Conciliis c. 7.* à *Francisco Longo* in Indice ci-
tato Concilium Syrmienle celebratum an-
no 357. ut probat *Longus* in Notis ad D.
Concilium. Et si in Indice præambulo di-
cat celebratum anno 356. annis quinque
post Sardicense, quod celebratum fatur
anno 347. Syrmienlem potèrò Conventum
esse Conciliabulum potius, quàm ulla ex
parte probatum Concilium putat idem
Longus in Notis secutus *Baronium*. In eo
Photinus condemnatus est; sed (ut apparet)
specietenus & simulatoriè, ut Ariani se Ca-
tholicos simularent. Duplex quoque in eo
fidei formula fuit edita. Quarum prima nil
habet quod culpetur, præter suppressum
callidè nomen *Consubstantialitatis*. Secunda
verò aperte impia & Ariana fuit.

165. *Quid de
Concilio
Quinisimo
in seu Trul-
lano.*

Tertio Conciliis partim approbatis par-
tim reprobatis accensetur etiam Concilium
Quinisimum, Constantinopoli in Trullo
celebratum anno 692. sine auctoritate Se-
dis Apostolicæ, prætextu supplendi Cano-
nes Ecclesiasticos in V. & VI. Synodo non
confectos; cum tamen hæc Synodi tantum
ob causam fidei fuerint congregatæ. Unde
est Conciliabulum ab Ecclesia reprobatum.
Canonelque 102. ibidem conditi ex hac
Synodo nil habent roboris, quamquam Ec-
clesia eos non respuat, uti veritati consen-
tientes, qui aliàs sunt secundum Decreta
legitimorum Conciliorum aut S. Roma-

næ Ecclesiæ. Ceteros verò Decretis san-
ctorum Patrum contrarios semper detesta-
ta est. Canonem octuagesimum secundum
citant quidem Patres Synodi VII. at non
alià ratione, quàm ut Iconoclastas, cum
velut Synodi Oecumenicæ partem admit-
tentes, proprio gladio jugularent.

Quartò, pariter annumeratur, hujus ge-
neris Conciliis Francofordiense 300. Epil-
copoitis, præsentibus Sedis Apostolicæ
Legatis anno 794. celebratum (quod ta-
men in rigore locum fuit Provinciale, seu
Nationale) approbatum quoad ea, quæ re-
jectam ibidem adoptionem Christi concer-
nunt; reprobatum autem quoad eam par-
tem, quæ ex errore damnata ab eo fertur
Synodus Nicæna II. Dico, *Fertur*: nam de
veritate non satis constat: quin immo cre-
dibilis est, fallam esse hanc rationem;
ut fultè probat *Binius in Notis*, & consentit
Longus ibidem; et si in Indice præambulo
oppositum supponat.

Quintò, Concilium Constantiense Oc-
cumenicum, qualiter ex parte solum pro-
batum sit, in supradictis diximus n. 158.

Sextò, inter hæc recensetur Concilium
Basileense; quod quidem à Martino V. in-
dictum, & operà Eugenii IV. legitime in-
choatum, mox degeneravit in illegitimum
& schismaticum, nulliusque prorsus aucto-
ritatis Conciliabulum, & hoc nomine re-
probatum in *Concilio Lateranensi* sub *Leone
X. sess. 11.* Unde nihil hujus Concilii ratum
est: nisi quòd dudum postea Nicolaus V.
pacis gratià approbaverit, quæ de Beneficiis
Ecclesiasticis in eo constituta fuerant.

Denique Concilium generale Pisanum
anno 1409. celebratum, duobus se pro
Pontifice gerentibus, ad tollendum schil-
ma, neque apparet clarè approbatum neque
etiam reprobatum. Nam *Antoninus* qui-
dem *P. 3. Tit. 12. c. 5. §. 2.* vocat Conci-
liabulum illegitimum; schisma quoque pel-
illud potius videtur fuisse auctum, dum
deposito Gregorio XII. & Benedicto P seu-
do papa, electus est Alexander V. à Car-
dinalibus utriusque obedientiæ, duobus
aliis pontificatum deponere nolentibus.
Aliunde tamè apparet fuisse legitimum:
tum quia Alexander V. censetur hoc no-
mine in Cathalogo legitimorum Pontifi-
cum, & Alexander VI. aliàs se quintum
appellare debuisset: tum quia ipse Alexan-
der V. in articulo mortis, protestatus est
se credere acta Concilii rectè & integrè
sine dolo malo peracta fuisse: tum quia vi-
deri poterat Cardinalibus in hujusmodi du-
bio seu Controversia fas esse providendi Ec-
clesiæ de capite non controverfo.

166. *Quid de
Francofor-
diensi Con-
stantiensi
& Basileen-
si.*

167. *Concilium
Pisanum nec
aperitè pro-
batum, nec
clarè repro-
batum.*

QUÆSTIO VIII.

De Symbolis Ecclesiæ.

168. Quid Symbolum significet.

QUEMADMODUM spectantia ad mores sunt redacta in Decalogo ad quoddam Compendium; sic & quæ ad fidem spectant, in Symbolis, quæ nimirum sunt brevis & simplex articulorum potissimum fidei collectio. Symbolum enim græcè significat latine Collectionem sive Collectionem, qua videlicet in Summam unam conferuntur & colliguntur fidei capita. Significat etiam tesseram seu notam quâ alii ab aliis discernuntur; prout milites in tentoriis, bellatores in præliis solent habere symbolum, ut agnoscant invicem, & ab aliis discernantur. Sic itaque Symbolum fidei est collatio quædam plurium fidei capitum, est etiam collatio plurium Patrum ad illud faciendum suas partes conferentium, est denique tessera discernens Christi milites à ceteris fidem Christi non profitentibus; ut rectè notavit *Ruffinus in Symbolo*. Aptilimè porrò sunt in Ecclesiâ hujusmodi Symbola, tum pro simplicium instructione, tum ut omnibus sit in promptu contra errores stabilis formula professionis fidei incorruptæ, tum ut melius servaretur & clarius pateret fidei & prædicationis apud omnes Gentes conformitas.

Quæ ratio consuevit in Symbolis.

169. Triplex est Symbolum,

Primum Apostolorum.

Triplex porrò fidei Symbolum est usitatum in Ecclesiâ universali. Primum, quod Apostolorum vocant: estque juxta *Clementem, Irenæum, Epiphanius, Chrysostomum, Primum Ambrosium, Leonem, Maximum*, & alios Patres (quibus accedit unanimes Scholasticorum consensus, & omnium Fidelium persuasio) conditum ab Apostolis (quidquid impudenter *Erasmus in Præfat. Paraphrasis in Matth.* & quidam Novatores mero contradicendi studio repugnant) idque juxta *Alexandrum, D. Thomam, D. Bonaventuram, Scotum*, & alios passim, singulis Apostolis suâ partem Symboli conferentibus: quamquam non omnes consentiant, dum singulos articulos singulis nominatim tribuunt. Scholasticis prælucit *Augustinus* (seu quisquis est auctor) *serm. 115. de Temp.* qui est 42. in *Appendice*. Et consonat *Leo Papa Epist. 13. ad Pulcheriam Augustam*. *Alcuinus de Offic. Eccles. c. 22.* *Rabanus de Instit. Cleric. l. 2. c. 56.* Aptèque huc accommodat *Doct. Seraphicus 3. d. 25.*

Ab eis confectum esse singulis singulos articulos consentibus, est communis sententia.

Cui figuram ex *Iosue 4.* aptè accommodat *S. Bonaventura.*

ubi duodecim viri extraxerunt de medio Jordanis alveo singulos lapides, quos posuerant in loco, in quo castra metati sunt. Verùm tunc debuisse Symbolum fuisse confectum ante divisionem Apostolorum per orbem (quæ contigit anno 10. post Ascensionem Christi, idque 15. Julii juxta *Martyrologium Bedæ* & aliorum) cum *Jacobus Major* jam tunc occisus foret ab Herode ante Pascha. Unde præfata doctrina

Hæc tamen

de singulorum articulorum à singulis confessione non est certa, variis supponentibus Symbolum esse factum, tempore divisionis Apostolorum. Et quamvis *Jacobo* adhuc vivente confectum esset, non inferretur inde efficaciter, id contigisse singulis suum articulum conferentibus, & non potius totum communi consilio.

Dividitur moderno Ecclesiæ usu in publicâ recitatione & expositione servando, atque etiam in Catechismo Romano, & apud *Augustinum* variis locis servato in duodecim articulis: et si *D. Thomas q. 1. art. 8.* illud dividat in quatuordecim, idque citra diversitatem, quæ rem ipsam concernat, sed quæ solum concernat modum numerandi, & distinguendi.

Et quamvis indubitatum sit, Symbolum hoc esse conditum instinctu Spiritus sancti, atque objecta professionis fidei, in formula ista contentæ, esse revelata à Deo: tamen juxta usitatum loquendi modum non est Scriptura Canonica: eò quòd sine scripto Fidelibus ab Apostolis traditum sit, ut etiam Patres veteres testantur. Deinde est propriè confessio, quâ quilibet Fidelis in sua propria persona, & ex propria sententia affirmat (quæ quidem affirmatio non est fidei articulus) se credere in verbum Dei, scilicet in hoc, quòd Deus sit omnipotens, creator &c. Quamvis non videatur magnopere repugnandum, si ad Verbum Dei traditum referatur, quatenus in præscripta professione continetur indirecta assertio Apostolica veritatis eorum, in quæ ipsa professio Fidelibus præscripta cadit.

Postremò notandum in eo non dici, *Credo in S. Ecclesiam*; sed *Credo Ecclesiam*, idque rectè, ut significetur Ecclesiam esse unum ex iis quæ creduntur. Quamquam alia lectio apud Nonnullos inligens Patres, repta, non sit superciliosè cum *Erasmus* Explodenda: cum non adeò malè aut inusitatè dicatur quis credere etiam in objectum materiale.

Secundum Fidei Symbolum est Constantinopolitanum; quod sæpè Nicænum dicitur. Pro quo notandum

Symbolum, cujus hodie usus in Missa, prout sepe modò jacet esse editum in Concilio Constantinopolitano; exceptâ particula *Filioque*, quæ postmodum adjecta fuit, id exigentibus succrescentibus hæresibus.

Et quidem Symbolum Nicænum est multò brevius (ut videre est in *To. 1. Conciliorum*) in quo post articulos de Christo solum subditur: *Et in Spiritum sanctum*. Est quoque paulò aliter dispositum quoad *Itym* contendentis Spiritus sanctum esse creaturam solum Filii, addita in *Concilio Constantinopolitano* fuerit, quæ divinitatem & processionem Spiritus à Patre concernit, cum ceteris sequentibus. Quo denique tempore additum sit: *Filioque*, vide apud *Baronium*

170. In quæ articulos dividatur.

171. An sit scriptura sacra.

An sit dicendum, Credo Ecclesiam, sine præpositione.

172. Secundum Symbolum Constantinopolitanum.

Qualiter dixerunt alii, quod in Nicæna synodo confectum fuit.

Quando sit additum Filioque.

nium ad annum 447. ubi id factum primis censet in Concilio Toletano I. non tamen sine auctoritate Leonis Papae. Qui etiam notat ad annum 514. non fuisse moris antecesser in Ecclesia Romana post Evangelium sub missa recitari Symbolum, quod nimirum in ea non sit periculum errandi, neque ipsa umquam à vera fidei professione, vel in apice minimo deviarit. Quam rationem tangit Rufinus in Symbolo; eamque rogati à Bezone abbate Presbyteri Romani reddiderunt, teste Baronio sup. Sudente nihilominus Imperatore Henrico Benedictus VIII. permittit ad missam publicam deinceps Symbolum decantari. Quam quidem susceptam consuetudinem (inquit Baronius) haud improbamus: sed nobis gratius, si venerande antiquitati annorum mille magis delatum fuisset, quam novitati.

Cur Roma sub missa Symbolum cani in solitum.

Quando cani coepit.

173. Tertium Symbolum Athanasii.

An & quò ab eo confectum.

Tertium est Symbolum, quod hactenus Athanasii non in Ecclesia Catholica publice recitatur. Illud in Romam editatus, quò ejus Ecclesiae communionem mereretur, seque Romano Pontifici probaret, ibidem veluti publicam Catholicæ fidei professionem edidit. Quod Symbolum in Romanæ Ecclesiae archivo unà cum actis Synodi tunc ibidem habitæ collocatum, ibique diu delituisse, adeoque ab Antiquioribus vix citatum, donec à Romanæ Ecclesiae antiquis monumentis veluti erudertum emerit in lucem, & à cunctis Ecclesiis susceptum fuit; refert Baronius ad annum 340. Nihilominus non ita potuit delituisse, cum in Aphrica innoverit Augustino, qui integris sententiis hujus Symboli velut in Ecclesia notissimi utitur l. 5. de Trinit. c. 8. Epist. 174. ad Pascensium. Enchiridi c. 36. Sermon. 29. de Temp. Et quidem expresso nomine Patris Athanasii Episcopi Alexandrini recitat in Psal. 120. integrum hunc versiculum: *Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.* Quod tamen in Editione perfectâ per Lovanienses omissum est; prout & expositio secundi versus ejusdem Psalmi, cum nonnullis in Editione Parisiensi positus. Et ante Augustinum Nazianzenus Orat. de Laudibus Athanasii testatur eum conscripisse perfectissimam

fidem formulam, quam totus Oriens & Occidens veneratur.

Græci porro, tenaciores sui contra professionem Spiritus sancti à Filio erroris, convillantur esse à Latinis addita, quæ de ea in præfato Symbolo habentur. Verum ex sola malevolentia citra ullum fundamentum id confingunt. Et quidem dudum ante exortum Græcorum errorem fuisse ea in Symbolo contenta, patet ex Concilio Toletano IV. celebrato ante mille annos.

An à Latino adulteratū quoad professionem Spiritus sancti à Filio.

Advertendum autem Athanasium hanc fidei formulam non composuisse per modum publici Ecclesiae Symboli, sed potius per modum doctrinæ, eo fine, ut manifestaret suam de mysteriis divinis & Christi fidem. Quia tamè integram fidei veritatem doctrina ejus breviter & clarè continebat, Ecclesiae seu summi Pontificis auctoritate est recepta, ut pro Symbolo publico & regula fidei haberetur. Aliàs ad solum Pontificem in Concilio generali vel extrâ spectat condere Symbola Fidei; prout occasio successerit hæresum detestaverit: uti ad ipsum spectat finaliter ea, quæ fidei sunt determinare. Unde cum Bernardus cum aliquot Galliarum Episcopis edidisset in Concilio Rhemensi Symbolum Fidei contra Gilbertum sine assensu Apostolicæ Sedis, gravem idcirco Cardinali indignationem incurrit Bernardus, fuitque ab ejus olim discipulo Eugenio III. decretum, ne umquam pro Symbolo Fidei in Ecclesia haberetur, ut refert Smising Tract. 2. de Deo d. 1. q. 2. n. 61. Quod itaque in Concilio Ephesino T. 2. c. ult. Chalcedonensi Act. 4. in Decreto Fidei prohibetur, ne alia fides proferatur, vel conscribatur, vel componatur, præter definitam à Patribus Nycenæ Synodi; non ita accipiendum est, ut posterioribus Conciliis aut Pontificibus ligentur manus aliquid, non quidem contra, sed supra id quod in præcedentibus declaratum fuit exponendi, ob necessitatem hæresis insurgentis; sed juxta D. Thomam 2. 2. art. 10. ista prohibitio ad privatas personas pertinet, quarum non est determinare de Fide: si tamen nõ sit intelligenda contrariè, ut solum prohibeatur aliquid contrarium scribi vel proferri.

174. Athanasius illud non edidit in Symbolo Ecclesiae.

Sed illud pro tali receptum ipsa solum Pontifex; cuius est Symbola condere.

Notabile de Symbolo per Bernardum confectio.

Qua additio aut mutatio in fine Concilii Niceni se inhibita.

DISPUTATIO SEXTA

De Summo Pontifice.

QUESTIO I.

An S. Petrus fuerit Christi Vicarius & Supremum Caput universalis Ecclesiae.

1. Christus est & manet supremum

CHRISTUS indubie est & semper manet summus Pontifex, primum fundamentum, supremus Rec-

tor, Pastor & caput Ecclesiae, sponsæ suæ dilectæ: qui ascensus in cælum, adeoque Ecclesiae visibilem præsentiam subtrahens, eam nõ dereliquit instar domus sine rectore, ovilis sine Pastore; sed ultra seipsum Rectorem summum invisibiliter eam regentem, & particulares particularium Ecclesiarum Pastores & Doctores visibiles, constituit Vicarium suum, qui foret visibile universalis Ecclesiae visibilis in terris Caput,

caput Ecclesiae.

Reliqui visibili Capite Vicario.